A. R. I. BVNNEMANN
DE
NOBILIVM GERMANIAE
JVRE ELIGENDI IMPE-
RATORES
Vom Recht des deutschen Adels
Bey der Kaiser-Wahl
EX
MEDII AEVI SCRIPTORIBVS
DISSERIT.

EXHIBET IN ADPENDICE

PERILLVSTRIS DOMINI

IOAN. PETR. DE LVDEWIG,

ICTORVM FACILE PRINCIPIS

OPVSCVLVM HVC
PERTINENS
CVM ADDITAMENTIS

HALAE SALICAE
Impensis IO. CHRIST. HILLIGERI, Academ. Typ.
CIↃ DCC XXXVII.

ILLVSTRISSIMO COMITI S. R. I.
AC DOMINO

DOMINO
IOANNI ERDMANNO
S. R. I. COMITI
DE PROMNITZ

LIBERO DYNASTÆ SILESIÆ
PLESSIÆ, SORAVIÆ, TRIBELIÆ
ATQVE NAVMBVRGI
DOMINO KLITSCHDORFIÆ, DREHMÆ
ET PETERSWALDIÆ,
NEC NON
IN KREPPELHOFF ET IÆNOWITZ
CETERA

COMITI AC DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

ILLVSTRISSIME S.R.I. COMES,

COMES AC DOMINE GRATIOSISSIME!

EXigui pretii libellus eſt, quem TIBI deuote iam conſecro; ſed momentoſi argumenti multique laboris; licet nihil magis vtile, nihilque acceptius ſit, quam inquirendo maiorum iura libertatemque intelligere. Certe nihil TE dignius inter mea reperire potui, quando quidem TVA illa virtus, indoles TVA profecto

fecto

fecto augusta, tesseram deuoti animi imperabat, quam TIBI iam debebam, vel vt Principi iuuentutis studiorum caussa hic degentis. ILLVSTRISSIMI MAIORES TVI eodem hoc olim iure, atque reliqui Germaniæ Principes, vsi sunt, VT ILLORVM consensus in electione Imperatorum requireretur rogareturque, argumento libertatis pristinæ Germanorum. Nam, eandem etiamnum habeo sententiam, quam pronuper asserui, (*) *Germaniæ libertatem fuisse idem illud qnod nobis:* suprematus; *Gallis:* la souuerainité *dicitur, atque inde oriundum esse ius hoc eligendi Imperatores,* id quod hoc Opusculo ex antiqui mediique æui rebus probatum dedi. Ego vero nullus plane dubito, TE, CELSISSIME COMES! pro clementia TVA, Principe digna, gratiose excepturum, hoc qualecunque munusculum,

(*) ad KLVGKISTIVM, *de veris duellorum limitibus, Adpendice* III. p. 103. & sqq.

lum, quod TIBI abitum in patriam parans submiſſe offero. Illud mihi quidem ſuauiſſimum eſſe otium videtur, quum pro TVA atque ILLVSTRISSIMÆ TVÆ GENTIS ſalute, pia vota concipere poſſum.

ILLVSTRISSIME S. R. I. COMES,

COMES AC DOMINE GRATIOSISSIME!

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

In Fridericiana
a. cIↃ IↃCC XXXVII.
d. XXVII. Apr.

humillimus cultor
Auguſtus Rudolphus Ieſaias Bünemann.
Minda-Gueſtphalus.

EPISTOLA PRAECVRSORIA.

IUs publicum Germaniæ non est cerebrinum atque tumultuarium, ubi cuique licet quod potest; sed fundatum in observantia legibusque Imperii. Maximam vero cladem accepit libertas germanorum introductione iuris peregrini conf. Excell. TREVERI diss. admodum elegans *de studiis Imperii Romano Germanici urinam procurantibus*. Haud ita pridem fere in omne ius publicum insinuaverat se, Germaniæ vere pestiferum, ius Romanum vid. *Adp.* II. *ad* KLVGKIST. *meum.* Aliqui quidem probe intelligebant morbos iuris publici patrii; sed quo maiorem adhibuere operam, eo minus sublatum est malum quotidie ingravescens. Non erant Medici pares huic morbo

exitiali. Quo igitur maior fuit morbus, tanto maiorem nostra aetate habemus Medicum. Non opus est ut eloquar nomen, quum probi omnes aeque, ac improbi, licet ultimi ex invidia hoc dissimulent, sciant satis, esse ipsi *Perillustri Dom. a* LVDEWIGIO. Quod quum ita sit, quum eius doctrinae non alant modo, sed educant animum meum veritatem avide quaerentem, gaudeo. Tanto Doctore scio ius Publicum Germaniae ex historia Imperii legibusque esse petendum vid. IPSIVS *Sing. Iur. Publ.* Idem hoc & alii ante IPSVM dixere; sed partim minus eventus docuit hanc ipsos regulam observasse, partim reliquere ius Germaniae Publicum ita ut antea fuerat, incultum, partim foedarunt amplius multis plusquam anilibus naeniis nugisque. Eodem Doctore egregio intelligo, nobilibus etiam olim competiisse ius eligendi Imperatores. Quod dogma paucis notum, vel certe non satis cognitum, hoc opusculo ut probarem, operam dedi. Iucundum mihi fuit argumentum; sed difficillimi laboris, cuius mihi quidem praemium sufficiens erit, benevolum Tuum, de meo Tibi placendi studio, iudicium. Vale, Lector, & me ama, & quod si meliora scis, illa me doce. Dedi in Fridericiana Hallis ad salam A. R. S. cIↄ Iↄ cc xxxvii. d. 1. Martii.

DE

DE NOBILIVM GERMANIAE IVRE ELIGENDI IMPERATORES.

§. I.

NVper, quum inter amicum & me ſermo eſſet, de D. *Jo. Henr.* KRAVSII *Diſſertatione de Poteſtate eligendi Imperatorem ad ſolos Electores reſtricta*, incidimus inter alia etiam in §. XXV. ubi AVCTOR ita diſſerit: *Dubitandum non eſt, primo ſuis ſuffragiis in electione novi Imperatoris excidiſſe infra fortunam Principum conſtituta Imperii membra, Nobiles atque urbes. Quamvis enim ſint, qui ſuffragia ipſis plane denegant, non poſſum tamen adeo facile accedere nullis rationibus munitis, & ſolis coniecturis præfracte inſiſtentibus.* Hæc verba quum amico meo prælegiſſem, & ille obſervaſſet iisdem, Germaniæ nobilibus olim competiiſſe ius ſuffragiorum in comitiis vel electoriis, concedi; ſubdubitare cœpit, an ex hiſtoriæ monumentis hoc hauriatur, ac pro vero habendum ſit principium? Ego hoc nullus dubitans, ita ſcilicet in ſcholis *perill. Dom.* a LVDEWIG; Juris publici reſtauratoris incluti, doctus, adfirmavi, ſimulque ipſi dextram fidemque dedi, me ipſi omnia ex medii ævi ſcriptoribus intra aliquot dies probaturum. Habes Lector cauſſam opuſculi. Scias profecto, ex hac doctrina maximum lumen affundi rebus medii ævi, inprimis autem ius publicum uberrimos fructus huius ſententiæ fert. Non inutilem itaque ſpero fore noſtrum laborem. *Occaſio ſcripti.*

§. II.

Momentosa Nobilium Germaniæ iura.

Momentosa certe omni ævo Germaniæ nobilium iura fuerunt; id quod adeo verum est, ut etiam supremàtu in Germania antiqua nobiles instructi fuerint, quod probatum est *Opusculo* III. *ad* KLVGKISTIVM *meum*. Ex hoc etiam fundamento commendavi alibi Juris publici studiosis, ut ante omnia inquirant sedulo in nobilium iura, maxime, quum adeo ab aliis negligantur. Dicam breviter, quid in caussa sit, ut adeo negligantur deponanturque nobilium iura. 1) Ex illorum studio parum lucri redundare existimant. 2) Parum protectionis iis erit, qui nudam dabunt veritatem, quippe quæ pallianda est ne statim in oculos mortalium incurrat, quum adeo sit exosa. 3) horrent iter, quod fere ducibus destituantur. Errones multos anteuntes habent, sed, qui ipsos veram veritatis viam doceant, fere nullos habent; sed siccine veritas negligenda est? Minime gentium! nihilominus investiganda est sedulo. id vero nobilium iura tractantes, inprimis sibi commendatum habeant, ut Poloniæ nobilium statum sibi notissimum, quoad eius fieri potest, faciant. Hi Poloni nobiles in plurimis Germaniæ antiquæ mediæque nobilibus quam simillimi sunt. Hinc comparationem inter utrosque instituere debent, ut maius lumen in rebus obscuris, filum Ariadneum, in rebus intricatis complexisque, obtineant. Mallem quidem plura dicere de hoc argumento & omnia illustrare exemplis, sed frena iniicienda sunt animo ulterius meditanti, quum in rem præsentem sit eundum. Sed tamen id auctor suasorque sum Lectori, ut, ad melius intelligendum ea

quæ

quæ mox dicentur de iure eligendi Germaniæ nobilium, adeat ſcriptores Polonos, ex iisque hauriat notitiam iuris Poloniæ nobilium circa electionem. Nam, quæ in hoc apud nos abrogata ſunt, illa obtinent etiamnum apud Polonos libertatis priſtinæ ſtrenuos, ut decet, defenſores.

§. III.

Quam mihi in *Præf. ad Opuſc. de Codicill. Indult. connub. milit.* ſcripſi legem, etiam hic obſervabo. Dabo ſcilicet ante omnia cauſſam, unde nobilibus Germanis eligendi Imperatores ius ortum ſit? ſed non niſi ſuccincte. Eſt reliquia antiqui iuris ſuprematus nobilium vid. *Opuſc.* III. *ad* KLVGKISTIVM §. VIII. *& antecedentia.* Scilicet qui libertate naturali gaudent ſibi quem volunt ſuperiorem eligere poſſunt. Deinde imperatores Principesque ex Germaniæ mediæ facie tantum ſummi ſunt in coimperio procerum. Saltem id reſpectu Procerum ſunt, quod caput inter reliqua corporis membra. Porro ex Germaniæ ſtatu publico ita receptum eſt, ut Imperium ſit Electitio hereditarium. Hanc ultimam theſin deinde probatam dabo. Nobilitas, Germanica olim quum eſſet in coimperio cuiusque Provinciæ, etiam in omni Imperio Romano-Germanico in coimperio erat. Vltimum hoc de iis tantum nobilibus eſt intelligendum, qui vere nobiles h. e. liberi ab omni ſervitute erant. Germaniæ vero nobilitatem in coimperio cum Imperatore & reliquis Imperii Proceribus fuiſſe, vel ex uno, quod Friderico. I. accidit exemplo, patet; quod exemplum ubi legerim iam ſcribenti non ſuccurrit, ſed narrabo illud alio tempore. Ex Germaniæ

Vnde nobilibus ius eligendi Impp.

mori-

moribus Imperatores a Principibus Imperii ſemper electi ſunt, hoc eſt, ab iis, qui membra Imperii ſunt coimperium habentia, quo numero etiam habendi nobiles. Probari enim ex medii ævi ſcriptoribus facillimo negotio poteſt, non tantum Duces comitesque, ſed & reliquos Imperii nobiles, Principes dictos fuiſſe. vid. *infra* §. XII. Principes mox ac Imperator diem obiit a nexu pactitio liberi ſunt. Priſtinæ iterum libertati omnimode reſtituti ſunt. (1) Hinc novum Imperatorem quemcunque volunt, ſibi eligere poſſunt h. e. renunciare quadantenus libertati ſuæ naturali in favorem alicuius. Atque Principum nomine venire & nobiles, palam eſt, unde ipſis quoque ius eligendi competit. Certe ex mox dicendis luce meridiana clarius fiet, ſatis ſuperque liquere ex Germaniæ obſervantia **dem Reichs herkommen**, quod tam apud Francos quam apud Germanos olim nobilibus ius eligendi Imperatores competierit.

(1) Num ergo ſtatus vivo Imperatore libertate naturali non gaudent? gaudent utique; licet illi quoad partem renunciarint ut e. g. Reges Principes atque Reipublicæ liberæ per pactum quandoque facultati ſuæ naturali vel in æternum vel in aliquod tempus renunciant. Hinc liquet Imperii ſtatus ſupremarum habere quum ſit *Imperium libertate naturali coniunctum* vid. *Ad-pend.* III. Ad KLVGKISTIVM §. IV. id, quod LEIBNITZIVS ſub nomine ficto FÜRSTENERII integro libro de *iure ſupremat*us *Principum* abunde docuit, licet veram ſupremátus ideam non habuerit.

§. IV.

Francic. regn. et hered. & elect. fuit.

Dixi §. III. olim etiam Franciæ nobiles elegiſſe Imperatores. Paradoxon hoc alicui videri poſſet, niſi probarem

barem rem omnem ex hiſtoricis. Ante omnia vero eſt evincendum a nobis Regnum Francicum fuiſſe electitium ſeu potius hereditario electitium. Fruſtra enim eſt TITIVS ad MONZAMB. *Cap.* I. §. 7. (k) p. 37. exiſtimans, nullam huius controverſiæ utilitatem eſſe in I. P. hodierno quum tamen inde decidendum ſit, quo iure iam Franciæ regnum ſit electitium? Sunt vero Doctorum in hac re variæ opiniones, quæ tamen in hæc tria aſſerta abeunt omnes, vel 1) Regnum Francicum eſſe hereditarium, vel 2) electitium, vel 3) mixtum ex electitio & hereditario, de quibus diverſis ſententiis iam aliqua breviter dicam. 1) Galli & Docti, & quos munera regia, regi devotos reddunt, in eo in primis occupati ſunt, quod adulatores facere ſolent, ut regum iniuſtam cauſſam ex antiquitate ſpecie iuſti pallient. Scilicet aiunt, quo nihil poteſt eſſe falſius, Francicum regnum ſtatim ab initio hereditarium fuiſſe BALVZIVS *Not. R. Franc. Tom.* II. P. II. p. 1081. *ſequ.* omnes gerras movet, ut ſcriptorum veterum vim auctoritatemque enervet, ne exinde omnia alia eluceant. Huic iungatur PETRVS PITHOEVS *ad vitam Caroli* M. *ab* ANONYMO ENGOLISMENSI *deſcriptam* p. 283. ſ. *Le Pere* DANIEL in egregio plane opere *L'hiſtoire de France dans la Preface. Art. III.* non minorem operam ideo adhibet. Miramur ideo, qui potuerint Germani noſtri Gallorum næniis hic ſubſcribere. conf. LIMNEVS *ad Cap. Car.* V. *Prœm.* p. 49. HORTLEDER *ad* ONVPHR. PANVIN. *De comitiis Cap.* V. apud GOLDASTVM *Pol. Imp.* P. I. BOECLERVS *Hiſt. ſæc.* IX, & X. p. 19. 20. 21. I. HERTIVS *Notit. Franc. Regni Cap.* IV. §. 6. VITRIAR. I. P. *Lib.* I. *Tit.* VI. §. 1. & 2. MONZAMBANO (ſive PVFENDORFF)

Cap. I. §. 7. WAGENSEIL *De Rege Romanorum* §. VII. taceo alios, ex novioribus saltem sufficiat nominasse B. GVNDLINGIVM *Gundling.* P. XVII. n. 2. p. 141. *sequ.* Excell. STRVVIVM *Synt. Hist. Germ. Diss.* VI. §. 12. p. 157. & S. I. P. *Cap.* VII. §. 2. existimant quidem hi ultimi fuisse Francicum regnum mere hereditarium sub Merovingicis & Carolingicis, usque ad Arnulphum. Contra 2) alii asserunt, cui quidem sententiæ historicorum testimonia respondent; Francicum regnum fuisse electitium. Neque hanc sententiam dissimulat HOTTOMANNVS, ipse Gallus, immo probat *Franco Galliæ Cap.* VI. qua propter ipsos Gallos adversarios sibi habuit. Quod ultimum adeo verum est, ut, ex indignatione, MORISOTTVS non erubescat dicere *in Henr. M. Cap.* XI. p. 33. scripto illo prostituisse HOTTOMANNVM nomen suum maxime inclutum, quo ipso MORISOTTVS palam dat, se nomine suo quod & græce & Gallice simul stultum denotat, quam dignissimum esse. A parte HOTTOMANNI stant ex nostris LEHMANNVS *chron. spir. lib.* II. *Cap.* 3. PONTANVS *Orig. Fr. Lib.* IV. *cap.* 10. PACIFICVS D. V. §. 2. p. 178. KVLPSIVS *ad* MONZ. l. *mox citand.* p. 54. & inter alios opinionem illius maxime defendunt B. COCCEII *Iur. Publ. Cap.* VII. §. 14. & 15. item B. THOMASIVS *ad* MONZ. *Cap.* I. §. 7. p. 62. sequ. Huc etiam inclinare videtur sententia Excell. D. KEMMERICHII qui *Lib.* I. *I. P. Cap.* I. §. 6. putat, ut & historiæ magis conveniens est, sub Merovingicis Francicum regnum quidem heredi arium fuisse, sed sub Carolingicis sibi plus sumsisse Galliæ proceres.

§. V.

Probatur hoc

Enimvero magis nobis placet 3) opinio regnum Fran-

Francicum ex hereditario & electitio mixtum fuisse. Est hæc opinio H. GROTII *de I. B. & P. Lib.* II. *cap. 9.* §. XI. n. 3. SCHVRZFLEISCHII *in Diss. quid expediat Imp.* CONRING. *ad* LAMPAD. P. III. Cap. II. §. 4. *& de Septemv. Imp. Th.* XIII. SCHILTERI *Iur. Publ. Lib.* I. *Tit.* XIV. §. 11. *sequ.* HORNII *Iur. Publ. Cap.* XVII. §. 2. SCHWEDERI *Iur. Publ. Spec.* P. *Sect.* I. *cap.* I. §. 8. Dabo huius Opinionis argumenta 1) Exempla quæ mox exhibebo probabunt Francorum consensu atque voluntate semper Reges fuisse constitutos, unde 2) CAROLVS CALVVS *in Capitulat. Tit* XXX. *cap.* I. *Apud* BALVZIVM *Tom.* II. *pag. 133.* illud *olitanam consuetudinem*, vocat. Cape rem omnem: Franci olim elegerunt sibi Reges libere, GESTA FRANC. *Cap.* IV. AIMOIN. *Lib.* I. *Cap.* IV. VETVS GENEAL. REG. *ap.* CHIFFLETIVM. *Anast. Childer. p.* 13. GREGOR TVRONENS. *Lib.* II. *Cap.* 12. sed tamen ita moris erat, ut, nisi plane momentosas caussas haberent ob quas divortium ab *olitana consuetudine* (*Oolen Gevvoonheit*) facerent, subsisterent in domo regis defuncti. Nam multa commoda inde habebant. 1) enim qui ex regia stirpe aptiores ut plurimum esse solent ad habenda Imperii Gubernacula. 2) satius est ideo, ut electio certis domibus quasi adfixa sit, quum non tantum nimis crebra mutatio valde noxia esse soleat, sed & 3) noviter ad Imperii culmen evecti difficilius necessarios sumtus habeant, quam quibus hereditario iure thesauri regii relicti sunt. Accedebat etiam, quod: STEPHANVS *Papa Francorum Principes benedictione & spiritus sancti gratia confirmavit, & tali omnes interdictu & excommunicationis lege constrinxit, ut nunquam de alterius lumbis Regem in ævo præsumant eligere, sed ex ipsorum, quos & divina pietas exal-*

B 2 *tare*

tare dignata est, & sanctorum Apostolorum intercessionibus per manus Vicarii ipsorum beatissimi Pontificis confirmare & consecrare disposuit, (2) (hoc est, Pipini & filiorum, Caroli ac Carolomanni) quam clausulam ex GREGORIO TVRONENSI *de gloria confessorum* nobis conservavit MABILLONIVS *De Re Diplomatica Lib.* V. p. 348. Fuit itaque regnum Francicum mixtum ex electitio hereditarioque, quam sententiam etiam pluribus probarem, quod si iam liceret esse fusiori.

(2) Vel hinc liquet, quæ iam tum Pontificis in Electione Auctoritas fuerit, neque ideo adeo increpandus Papa, quod sic se regni negotiis immiscuerit, quum 1) cuique liceat potestatem suam augere 2) potius notandi sint, qui tantum potestatis Papæ concedunt. Ceterum novi amicum quendam doctum qui elegantem libellum conscripsit *de Potestate Papæ in eligendo Imperatore*, quo quidem fusius hoc argumentum excussit. Publicationis spem nobis haud ita pridem fecit, id, quod avide expectamus. Interim tamen Lector adeat PARIDIS DE GRASSIS *Diarium curiæ Romanæ Tom.* I. *collectionis novæ scriptorum ac monumentorum pag.* 423. & 427. Consilium oder bedencken an Kayser Ferdinanden, wie des Pabsts zu Rom Pii V. unbilligem Anmassen wieder J. Kayserl. Majest. ordentliche wahl durch die Churfürsten des H. Reichs ohne des Pabsts consens und Bewilligung geschehen, zu begegnen sey; gestellt aus J. Kayserlichen Maj. befehl durch Herrn GEORG SIGISMVND SELDEN. u. s. w. Frf. 1612. 4. scriptum vero est consilium hoc, quum Papa resignationem Caroli V. in manus suas fieri debuisse prætenderet reperitur & apud GOLDAST. in politischen Reichs-Händeln P. V. *fol.* 167. his iungantur GARSENIVS *de pontificia electi Romanorum Imperatoris coronatione oratio.* SCHARDII Ἀνάμνησις *iuris, quod in approbandis pontificibus Imperatores habuerunt, cum brevi commemoratione, quomodo vice*

do vice versa Imperatoriæ Maiestatis confirmatio a pontificibus introducta & usurpata sit. WERENBERG *De electorum origine.* WEBERI *Papa quid facis? sive Discursus Academicus de vanis & iniquis Pontificum circa electiones Imperatorum moliminibus.* Quid nuperrime, quum Carolus VI. A. O. M. eligeretur, Papa ausus sit intelliges par *Les Remarques sur le bref de Sa Saintete a* S. M. L' *Imperatrice Mere.* Neque Papa ullum prætensionis suæ fundamentum habet nam 1) ut subditus eligere cum principibus Italiæ non potest, quum electioni suæ semel renunciaverint. 2) non ut vicarius Christi, quia illud se esse nondum probavit. 3) non ex observantia vel præscriptione, quia hæc a) non locum habet inter gentes b) etiam interrupta est c) ex errore indultum papae, quum putarent illum ceu oraculum Dei esse consulendum, forsan inde ab adprobatione Papæ se *gratia Dei Imperatores dixerunt.* conf. elegantes & doctæ HAGELGANSSIORVM *sub* GEISLERO *habitæ dissertationes de titulo nos Dei gratia*, item quæ sub WINDECKII nomine *adversus* NEVMANN DE PVCHOLTZ scripta est *de hoc titulo dissertatio*, nec non Auserlesener Anmerckungen über allerhand wichtige Materien und Schriften 3. Theil *Obs.* IX. p. 248. sqq. *Perill. Dom.* DE LVDEWIG *ad Proem. Inst. in Opusc. Miscell.* Erleüterung der güldenen Bulle & IVSTINIANO M. Certe illud negari nequit maxime sub PHILIPPO SVEVICO nimium quantum tributum esse auctoritati papali, de quo infra §. XXIII.

§. VI.

Sed age quæso, videamus iam exempla imperatorum procerum suffragiis electorum. Initium faciam Carolingicorum Patre Pipino. Nam quum inertia Merovingicorum Pipino occasionem daret, ut ad summam reipublicæ adspiraret vid. MONACHVS EGOLISMENSIS *in Vita Caroli M.* p. 46. EGINHARDVS *in vita Caroli M. Cap.* I. SIGE- *Exempla Impp. Franc. p. Proceres elector. Primum: In Pipino.*

 BERTVS

. BERTVS *in vita Sigeberti Austrasiorum Regis Cap.* IV. p. 229. *Tom.* I. *Mens. Febr.* ACTOR. SANCTOR. *conf.* ANNALES INCERTI AVCTORIS *ad a.* 752. apud PETRVM PITHOEVM *Script. Annal. & histor. Francor. &* RVDOLFFVM DE DICETO in *Abbreviationibus Chronicor. ad a.* 662. sed videatur etiam CAROLVS LE COINTE *Annal. eccles. in Dedicatione Tomi* IV. tantum impetravit Papæ maxime auxilio, ut a Francis Rex eligeretur vid. apud ANDREAM DV CHESNE *Tom.* II. *Script. Francicor.* ANNALES EX MSTO TILLIANO EDITI *ad* a. 749. & ANNALES FRANCICI *ad a.* 749. ANNALES FVLDENSES ad a a. 751. p. 5. & 752. p. 6. EGINHARDVS *Cap.* III. Papa enim & proceres deponebant Childericum a. 750. vid. *Tom.* I. *Mensis Februarii* ACTOR. SANCTOR. d. I. p. 225. atque ANNALES PITHOEANI a. 752. p. 6. Hinc etiam CHIFFLETIVS quidem *Stemmatis Austr. Cap.* III. n. 4. p. 42. recte dicit: *Carolingos regum inertiam ad solium provexisse*, licet sine ullo iure dicat: *Pipinum coronam usurpasse* nam 1) Childericus rite procerum iudicio depositus erat, ex iusta caussa, quod non expleret partes officii sui; quod adeo verum est, ut etiam ideo pro falso rege habitus fuerit. vid. ANNALES LAVRISHEIMENSES *ad a.* 750. deinde 2) BLONDELLVS iuste monet in *Præfat. Apologet. plagula* XXXI. a. 6. *illum, qui unanimi Francorum liberorum, & Rege carentium* (Childerico deposito) *consensu, coronam suscipit, usurpatæ coronæ reum peragi non posse.* Certe Pipinum procerum votis electum fuisse scriptores docent abunde. Sic MONACHVS EGOLISMENSIS *in Vita Caroli* M. p. 46. ita, *Franci cum consilio Domini Papæ Zachariæ & nobilium Romanorum Deo volente uno consensu & una voluntate elevarunt sibi in Regem Pipinum Pium filium Caroli Martelli*, GREGORIVS TVRONENSIS

ita

ita rem narrat ad MABILLONIVM *de re diplomatica Lib.* V. p. 384. n. 3. *Domnus florentissimus Pipinus Rex pius per auctoritatem & imperium sanctæ recordationis domni Zachariæ Papæ- - - & electionem omnium in regni solio sublimatus est.* Idem docet paullisper mutatis verbis CONTINVATOR FREDEGARII p. 161. *apud* FREHER. ANNALES BERTIN. *a.* 750. unde satis superque liquet: 1) Franciæ Proceres & deposuisse reges & 2) elegisse Pipinum.

§. VII.

In Carolo M. & Carolomanno.

Carolus M. & Carolomannus itidem per Proceres Reges creati sunt; licet per Papæ iussum, cuius tum maxima erat auctoritas, sub poena excommunicationis, quam quidem ad unum omnes timebant, regnum hereditario iure Carolingicis fuerit munitum. vid. IO. MABILLONIVS *de Re diplom. Lib.* V. p. 348. electionem ipsam tamen sartam tectamve sibi nihilominus conservarunt proceres. EGINHARDVS coævus reliquis fusior *Cap.* III. ita rem narrat: *Franci facto solenniter generali conventu* AMBOS *sibi reges* CONSTITVVNT. conf. HINCMARI *Epistola ad* L. *Balbum* ANNALES LAVRISHEIMENSES a. 768. ANNALES FRANCICI *ad a.* 768. EGINHARDVS *vita Caroli M. p. 3.* ASTRONOM *ad.* 768. VET. CHRON. *ap.* DV CHESNE *Tom.* I. p. 350. MARIANVS SCOTVS *Lib.* III. *Chronici ætate* VI. p. 438. qui ultimus in eo tantum errat, ut illud factum esse existimet a 770. errat etiam IO. ASSERIVS *Annalium* p. 154. qui illud ad *a.* 769. refert; quum maior fides ANNALIBVS FRANCICIS sit habenda atque ANNALIBVS LAVRISHEIMENSIBVS. Ludovicus Pius Caroli M. filius etiam Procerum Imperii voluntate obtinuit imperium THEGANVS *de gestis Ludovici* §. VI. p. 71.

In Ludovico Pio.

hoc

hoc ita narrat: *Imperator vocavit filium suum, Ludevvicum, ad se cum omni exercitu* (qui scilicet ex nobilibus Francis erat compositus) *Episcopis, Abbatibus*, (quorum tunc maxima Auctoritas, ita, ut nihil fere sine ipsorum voluntate publice ageretur; inter alias eius & hæc ratio fuit, quod nobiles essent.) *Ducibus, Comitibus loco positis, habuit grande colloquium* (sive comitia) *cum eis Aquisgrani palatio, pacifice & honeste ammonens* (non imperans, quod tamen potuisset si regnum habuisset mere hereditarium.) *ut fidem erga filium suum ostenderent, interrogans omnes a maximo usque ad minimum, si eis placuisset, ut nomen suum id est Imperatoris, filio suo Ludevvico tradidisset. Illi omnes responderunt, Dei esse ammonitionem illius rei &c.* conf. AVCTOR. *Vitæ Ludovici* p. 357. 58. *Testam.* KAROLI M. *ap.* PITH. p. 285. ANNALES FRANCICI *apud du* CHESNE, METENSES, BERTINIANI & reliqui. ANNALES LAMBECIANI *Lib.* II. *Comment. de Biblioth. Vindobon. Cap.* V. p. 376. n. XLV. ex his autem omnibus patefit Carolum Magnum, Carolomannum, atque Ludovicum Pium per proceres Imperii gubernaculis admotos esse.

§. IIX.

In filiis Ludovici P.

Etiam Ludovici Pii filii Procerum iudicio obtinuerant ius ad regnum, quod unusquisque ex iis armis prosequebatur auxilio electorum suorum. Hinc ita HINCMARVS *in instructione ad Ludovicum Balbum* §. IV. p. 180. *Oper. Tom.* II. *mortuo Hludovvico Imperatore, avo vestro, quidam de istius regni Primoribus evocaverunt Hlotharium* &c. *Quidam de Regni Primoribus fuerunt cum Carolo*, &c. *& quidam cum Hludovvico* &c. sed tandem quum hoc dissidium componeretur, iudicio Procerum regnum inter fratres

tres divisum est, quod iterum fieri non potuisset, nisi electitium fuisset, Proceribusque competiisset ius cognoscendi de Possessione Imperii. Dabo integra maxime notatu digna verba scriptorum. NITHARDVS *de dissensionibus filiorum Ludovici* P. *Lib.* IV. quum p. 106. narrasset, fratres convenisse æquo numero *Priorum* seu Procerum &c. pergit ita p. 107. *Tandem pro commoditate omnium hinc inde visum est, ut confluentium missi illorum* (Priorum seu Procerum) *centum decem videlicet absque obsidibus convenirent, inibique regnum prout æquius possent dividerent.* ANNALES METENSES *ad a.* 343. *Anno Dominicæ incarnationis* DCCXLIII. *descripto Regno a Primoribus & inter partes diviso, apud Viridunum, Galliæ civitatem, tres reges mense Augusto convenientes inter se dividunt.* conf. ANNALES BERTINIANOS ad *a. eund.* & TABVLAS *huius pacis* a MIRAEO, BALVZIO *Tom.* I. p. 573. LECOINTE datas. Lotharium I. etiam populo imperium debere memoriæ prodidit PASCHASIVS RATBERTVS *in Vita Walæ Lib.* II. *cap.* XVII. p. 513. ubi inter alia ita verba facit Lotharius: *quando me consortem totius Imperii Celsitudo vestra, una* CVM VOLVNTATE POPVLI *constituit, in omni potestate & honore* &c. quibus verbis clariora fiunt hæc CHRONICI MOISSIACENSIS *ad a.* 317. *Imperator Clotharium, qui erat maior natu* (ipsi filius) *Imperatorem elegit*, (Ipse scilicet cum Proceribus) *ac per coronam auream tradidit ei Imperium, populis acclamantibus, & dicentibus: Vivat Imperator Clotharius.* &c. quippe quæ verba mihi alioquin dubia excitare potuissent. *In Lothario Primo.*

§. IX.

Ludovicum II. consensu Procerum ad regimen pervenisse, nullus dubito, licet auctores non habeam; nam *in filiis Lotharii I.*

non probabile est, in illo aliquid esse immutatum. Neque Paternam dispositionem sine Procerum consensu factam esse, mihi quidem videtur. Etiam Procerum ipsius temporis auctoritas abunde multum elucet ex his verbis ANNALIVM BERTINIANORVM *ad. a. 856. Ludovicus & Lotharius Karlo, fratri suo, Provinciam & Ducatum Lugdunensem iuxta Paternam dispositionem distribuunt*, ERIPIENTIBVS EVM A FRATRE LOTHARIO OPTIMATIBVS, *qui* (Lotharius) *illum moliebatur in Clericum tonsurare*. Filius Lotharii Lotharius etiam per Proceres Rex Franciæ est constitutus huius rei auctores mihi sunt, ANNALES BERTINIANI qui ita *ad a. 856. Proceres quondam Lotharii filii eius Lotharium, Regem Franciæ, etiam sacra ratione constituunt*. Et ANNALES FVLDENSES, qui *ad a. 855.* sic habent: *Principes & Optimates regni, filium Hlutharium super se regnare cupientes, ad Hludovvicum, Regem orientalium Francorum patruum eius, in Franconofort eum adducentes, cum consensu & favore illius sibi regnare consentiunt* quorum prior verbo *quondam* ad a. 855. respicit. Extincto Ludovico II. Proceres elegerunt Carolomannum, quod EVTROPIVS PRESBYTER LONGOBARDVS *in tractatu de iuribus ac privilegiis Imperatorum in Imperio Romano* apud MELCHIOREM GOLDASTVM *Tom. I. Monarchiæ Imperii* p. 10. doceat, licet Carolus Calvus tamen cum Paparum auxilio tandem per varias artes prævaluerit.

In Carolomanno.

§. X.

In Ludovico Germanico.

Consilio consensuque Procerum Ludovicus Germanicus exutus est omnibus terris excepta Boioaria. Loquuntur hoc ANNALES FVLDENSES *ad a.* 838. & 839. ita: *Imperator consiliis quorundam ex primoribus Francorum, acquiescens pacti conscriptione, Hludovvico, filio suo Regnum Orientalium*

lium Francorum, quod prius cum favore eius tenuit, interdixit. &c. In Carolo Calvo illud eſt memoria omnino dignum, quod, quum regnum Lotharingicum ambiret, provocarit ad populi electionem, prout ex eius mente loquutus eſt *Epiſcopus Metenſis* AVENTINVS: - - *In concordi noſtra unanimatate - - hunc regni hæredem eſſe legitimum, cui nos ſponte commiſimus.* - vid. ANNALISTA BERTINIANVS *ad a.* 869. SIRMONDVS *Tom.* III. *Concil. Gall.* p. 384. Licet ex hiſtoria conſtet non rite fuiſſe electum Carolum hunc Calvum; nam aliqui tantum in illum conſenſerunt vid. ANNALISTA BERTIN. l. c. Carolum Craſſum Proceres crearunt Regem. Nam, *Karolus, quum audiſſet obitum fratris ſui* (Ludovici Saxonis) *de Italia per Boioriam iter ſuum in Franciam direxit, placitum generale ad Wormatiam tenuit receptis primoribus & regno fratris ſui menſe Maio;* ſic narrat ANNALISTA FVLDENSIS *ad. a.* 882. eodem electionis iure Galliæ regnum tandem fratre Carolomanno iam a. 884. mortuo, a. 885. adeptus eſt. Hinc IO. ASSERIVS SCIREBVRNENSIS EPISCOPVS *Annal.* p. 169. *ad. a.* 885. refert: *Carolum, Alemannorum Regem, & omnia regna, quæ ſunt inter mare Tyrrhenum, & illum maris ſinum qui inter antiquos Saxones & Gallos adiacet, voluntario omnium conſenſu accepiſſe.* conf. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad. a.* 885. item REGINO, ANNALES BERTINIANI, HERMANNVS CONTRACTVS *ad a.* 884.

In Carolo Calvo.

In Carolo Craſſo.

§. XI.

Arnulphus debebat etiam regnum ſuum liberæ Principum electioni, hinc OTTO FRISINGENSIS *Lib.* VI. *Chron. cap.* IX. p. 123. refert: *anno Domini* DCCCLXXXVII. *Principes regni apud Triburias circa tranſitum S. Martini Arnolfum ad regnum traxiſſe* conf. ANNALES FVLDENSES *ad An.* 887.

In Arnulpho.

Huc etiam pertinet locus ex ANNALIBVS FVLDENSIBVS *ad a. 889. Rex apud villam, quæ dicitur Forchhem, generale conventum habuit, ibique disputans de statu regni sui, consultum est, ut eodem tenore primores Francorum prout Bojoarii iuramento confirmarent, ne se detraherent a Principatu & dominatu filiorum eius Zuventibulchi quidem & Raoldi - - quod quidam Francorum ad tempus renuentes, tandem regiæ satisfacientes voluntati, dextram dare non recusantes*, cetera. Arnulphi filius Ludovicus per Proceres Rex factus est testis huius rei esto REGINO PRVMIENSIS ad a. 900. qui: *Proceres & Optimates*, inquit, *qui sub ditione Arnulphi fuerant, ad Forachem in unum congregati, Ludovicum filium præfati Principis, quem ex legitimo matrimonio susceperat, Regem super se creant, & coronatum regiisque ornamentis indutum, in fastigio regni sublimant.* item HATTO MOGVNTINVS *in Epistola ad Pontificem* apud WIGVLEVM HVNDIVM *in Metropoli Salisburgensi Tom.* I. p. 47. ita scribit: *Quem regem eligeret parvo tempore inscia* (Germania) *mansit, & quia timor magnus aderat, ne solidum regnum in partes scinderet, divino, ut credimus instinctu factum est, ut filius* (Arnulphi) *senioris nostri, quamvis parvissimus, communi consilio Principum, & totius Populi consensu, in regem elevaretur.* Quæ quidem testimonia luculenter probant Arnulphum & Ludovicum infantem procerum nobilium electione ad regimen pervenisse.

In Ludovico Infante.

§. XII.

Nobiles vocantur: Principes, Optimates, Magnates Primates, Proceres.

Hæc exempla sunt, quibus probo 1) regnum Francicum fuisse electitium & hereditarium simul; licet illud negari nequeat, quod deinde factum sit mere hereditarium Regum machinationibus. (3) deinde 2) in electione requisitum quoque fuisse consensum nobilium,

um, quum tam apud Francos, quam apud Germanos ſcriptores, *nobiles* vel *Primores*, *Primates*, *Magnates*, *Proceres Priores*, *Optimates Principes terrae*, dicantur, vel ſub *omni populo* intelligendi ſint. En, argumenta ſententiæ, quæ in ſequentibus inſtar fundamenti eſſe debet! 1) *In Prologo LL. Vet. ap.* BALVZIVM *Capitul. R. R. Fr*, *T. I.* p. 26. ſic eſt. *Hoc decretum eſt apud Regem & PRINCIPES eius, & apud cunctum Chriſtianum, qui infra regnum Mervvungorum conſiſtunt. Titulus* LEGIS ALAMANNORVM in antiquis Codicibus ita incipit: *Incipit Lex Alemannorum, quæ temporibus Clotharii Regis una cum* PRINCIPIBVS SVIS - *conſtituta eſt.* quum contra alii Codices ibidem loco: PRINCIPIBVS habeant verbum: PROCERIBVS. Item OTTO IV. *in Epiſtola ad Innocent.* III. n. XX. *regiſtri de negotio Imperii.* p. 694. - *Inter Principes tamen Saxoniæ tam nobis, quam duci ſueviæ adhærentes* - - - ubi ſatis clarum eſt, ſermonem fieri de Proceribus Saxoniæ; tacitus prætereo ſexcenta alia exempla, quæ idem perhibent abunde. Huc pertinent, quæ inferius diximus *Scholio* (7) 2) Barones etiam Principes dicuntur vid. IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap.* XXXVIII. §. 8. & *ſqq.* 3) Oppidi vel caſtri nobiles liberi domini, vocantur Principes, uti e. g. Comes Flandriæ apud S. ANSELMVM *Lib.* III. *Epiſt.* 28. *Princeps Malamortenſis caſtri* dicitur. Plura exempla uberrima manu congeſſit *Du* FRESNE *Gloſſ. Tom.* III. p. 423. & 424. voce: *Princeps pro dominus.* Scilicet Principis olim nomen pluribus primas tenentibus commune erat. Hinc nobiles apud TACITVM M. *Germ. Capp.* VII. XII. XIII. *Annal. Lib.* XI. *cap.* 6. alibique adiunt Principes. Sed primus in Italia Archidux Beneventanorum hunc titulum tanquam honorem & dignitatis nomen ſibi tribuit, vid. LEO

OSTIENSIS *Lib.* X. *Cap.* X. Ex quo tempore ſenſim ſenſimque tantum nomen dignitatis eorum eſt, qui ſummi Imperantes ſunt vel ex illis progeniti, *du* CANGE *Gloſſ. Tom.* III. p. 420. & 421. voce: *Princeps* nomen dignitatis; ita vero, ut ſæpius ſuperiorem dominum *Chef-Seigneur & ſouverain* iam in medio ævo denotet. Hinc quoque elucet omnino diſtinguendum eſſe inter *Principes Terrae* denen Land-Herrn & *Principes Provinciae* denen Landes-Herrn. 4) In medio ævo *Proceres*, *Optimates*, *Magnates*, *Primates*, *Priores*, *Principes* der Ausſchuß, vocabula ſunt eadem eiusdemque ſignificatus, iam autem e. g. LL. BVRGVND. *Tit.* II. §. 2. occurrit formula: *Optimates nobiles.* Taceo alia abunde multa loca; ex quibus tamen omnibus facili negotio probatur regulariter immediata imperii membra dici Principes. Illud ὡς ἐν παρόδῳ addo, quod nobiles vel ideo dicantur Optimates, quod optionis ſeu electionis ius habuerunt. quid multa? Hæc omnia ita ſe habere, nemo qui medium ævum novit, inficias iverit. Multo vero minus vel ſubdubitabit, nobiles inter Proceres referri, quippe cuius veritatis plus, quam mille exempla occurrunt in medii ævi ſcriptoribus, quæ ideo non damus, quod plane perſuaſi ſumus, illud non neceſſum eſſe, quum nemo in hoc nobis futurus ſit contradictor. Idem vero etiam dicendum eſt, de dogmate hoc: *nobiles ſæpiſſime ex medii ævi loquendi uſu, ſub populo comprehenduntur.* Immo quandoque ſub *plebe*, quum medii aevi ſcriptores fere neſciant differentiam inter plebem & populum.

(3) Hoc adeo verum eſt, ut ideo iam ſæc. XIII. Galliæ Rex ius προεδρίας præ Germanorum Imperatore peteret, quod ſuum regnum

gnum iure hereditario, Imperator vero electione Principum haberet. Dicebant enim Legati Regis Christianissimi: *Credimus, Dominum nostrum, Regem Galliæ, quem linea Regii sanguinis provexit ad sceptra Francorum regenda, excellentiorem esse aliquo Imperatore, quem sola electio provehit voluntaria. Ap.* MATH. PARIS. *ad a.* 1239. p. 464. sed quam futile atque plumbeum sit hoc argumentum iam ante me docuere Docti viri, conf. CRVSIVS *de iure* ΠΡΟΕΔΡΙΑΣ liber, qui meretur ut iterum edatur, maxime cum iam rarior evadat. Sed, qui iterum ederet addere deberet 1) Dissertationem de genuina doctrina iuris *προεδρίας* eiusque veris fundamentis 2) corrigere CRVSIVM sicubi errat 3) supplere fortiora argumenta & capita ex noviori historia.

§. XIII.

Sed age iam videamus, an Germaniæ supremi moderatores etiam nobilium votis electi sint, nam tum facillime asseri poterit a nobis: *nobiles Germanos ex diuturna observantia olim etiam vota dedisse in electionem Imperatorum.* Iam exstincta erat stirps Carolingica (4) unde *summa rerum Germanicarum rediit ad Populos quorum in arbitratu fuerat, quam quisque sequi vellet formulam reipublicæ. Placuit singulis Principatus peculiaris, isque hereditarius Principali familiæ adscriptus. Sed talis: qui tamen in clientelari nexu obsequioque persisteret nihilominus regni Germanici. Instar membrorum plurium in corpore ac capite* vid. *Perill. Dom.* a LVDEWIG *in sing. Iur. Publ.* p. 95. in quibus a p. 70. usque ad p. 110. hanc doctrinam quam solidissime probavit. (5) Addatur EIVSDEM Rechtl. Erleût. der Reichs-Historie. Neque ipse GVNDLINGIVS hoc negare potuit, unde etiam in *diss. de statu Reipubl. Germ. sub Conrado* I. p. 23. & 24. *not.* k) his verbis utitur: *Linea regnante extincta, quilibet populus in libertatem naturalem restituitur, ac in eius arbitrio positum est,*

Exempla ex Germ. Impp. historia.

est, deferre alii regnum, aut tueri ius sibi competens. Sed conf. EIVSDEM *Henricus Auceps* §. X. *ibique in notis* taceo reliqua huc pertinentia verba. Hinc Principes Germaniæ elegerunt sibi Imperatorem communem; sed salvo iure suo.

(4) Falluntur enim, quicunque existimant Conradum I. ex Carolingica stirpe fuisse oriundum nam 1) stirpem Carolingicam tum extinctam esse, luce meridiana clarius probatum est scriptorum testimoniis quibus accedunt ANONYMI *Chronicon Regum Francorum* apud LAMBECIVM *Commentar. De biblioth. Vindobonensi Cap.* V. *Lib.* II. p. 394. & CONTINVATOR REGINONIS *ad a.* 911. p. 74. sed & 2) 4. aliis ostensum est idem a *Perill. Dom. a* LVDEWIG *In Germ. Principe Postcarolingica sub Conrado* I. *Cap.* I. §. 1.

(5) Lepidi sunt, quicunque hanc veritatem, quæ certior est, quam quod certo certius, ideo agnoscere nolunt, quod novam putant. Est antiqua veritas quod satis superque probari posset, nisi otium mihi quadantenus fecisset Doctissimus Dom. Doctor GEORGISCH, de cuius amicitia mihi gratulor quam maxime, in libro eleganti atque perutili: Zusäße zu Hrn. H. R. Struvens Reichs-Historie. *in Praef.* ubi erudite fata huius doctrinæ exponit.

§. XIV.

In Ottone Illustri.

Sic elegerunt Ottonem illustrem; audiamus quæso ipsa scriptorum verba! DITMARVS Lib. I. p. 325. sic refert: *Ottonem ab omnibus regni Principibus* (ex WITIKINDI verbis videbis sub his etiam intelligi nobiles) *In Regem esse electum.* Idem WITIKINDVS *Libr.* I. *Annal.* p. 634. sic narrat: *omnem populum* (ergo etiam nobiles) *Francorum atque Saxonum quæsivisse Ottoni diadema imponere regni. Ipsum vero quasi iam graviorem recusasse imperii onus* id, quod ex illo repe-

petunt OTTO FRISINGENSIS, ABBAS VRSPERGENSIS, GOTHOFREDVS VITERBIENSIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS aliique, caussam electionis huius LEHMANNVS *Chron. Spir. Lib.* III. c. 51. his dat: Hertzog Otten haben seiner Macht und grossen Ansehens halber eines Theils Fürsten des Reichs, als Francken, Sachsen, das Kaysertum aufgetragen. Sed Otto, verbis *Perill. Dom. a* LVDEWIG *in Germ. Principe sub Conrado* I. *Cap.* I. §. III. utor, quo erat vir subactus usu magnaque animi altitudine præditus, Saxoniæ amplissimum ducatum Francorum corollis mutare noluit. Reliquæ enim Germaniæ Provinciæ utrum Franciæ imitaturæ exemplum essent, incertum; cogere ad obsequium invitas, aleæ plenissimum nefasque iudicavit. Ideo commendavit Germanis Conradum I. salvo tamen iure suo, ob quas caussas, narravit *Perill. Dom. a* LVDEWIG l. c. *Cap.* I. Hinc electus est Conradus I. Cape scriptorum relationes: DITMARVS *Lib.* I. *Annal.* p. 325. *Otto, ab omnibus in regem electus Conradum sibi quasi ad hoc indigno præposuit, seque cum filiis fidei suæ subdiderat.* GOBELINVS PERSONA: *Et cum Ottonem Ducem Saxoniæ decernerent eligendum, ipse se propter senium excusavit suasitque eligi quendam Potentem ex genere* (seu natione) *Francorum. Conradum nomine, & consenserunt Principes in illum & cessavit stirps regalis Teutoniæ e Carolo M. descendens.* conf. LVITHPRANDVS *Lib.* II. *Cap.* 7. WITIKINDVS *Lib.* I. p. 635. Post Conradum obtinuit summas in Imperio Germanico Henricus cognomento Auceps libera electione Germanorum. Licet non omnium; de quo agere instituti nostri non est, sed tantum hic libera electio & reliquorum reprobatio notanda, quippe quod ad scopum nostrum tendit. Sic vero scribit AVCTOR SVP-

In Conrado I.

In Henrico Aucupe

PLEMENTI REGINONIS *ad a.* 920. p. 74. *Henricus Dux consensu Francorum, Bavarorum, Thuringorum & Saxonum Rex eligitur.* EKKEHARDVS *Cap.* V. *De casibus monasterii* S. *Galli* p. 29. *Fit colloquium publicum* (seu comitiæ Imperii) *Henricus Francorum & Saxonum consensu elevatus in Regem.* Licet vero ex his testimoniis satis superque ad intelligendum sit, nobilium suffragiis electum esse Henricum, tamen hoc adhuc magis definite loquitur WITIKINDVS *Lib.* I. *Annal.* p. 637. ubi ita: *Eberhardus* (Dux) *congregatis Principibus & natu maioribus exercitus* (in quo nonnisi nobiles erant) *Francorum* (h. e. denen ältesten der Fränckischen Ritterschafft) *in loco qui dicitur Fridislere* (Fritzlar seu, castrum Friderici) *designavit eum regem coram* OMNI POPVLO *Francorum atque Saxonum.* Qui quidem locus maxime memoria dignus est habendus quum adeo illustret ius eligendi Imperatores nobilibus competens. Conf. LVITHPRANDVS *Lib.* II. *Cap.* 7.

§. XV.

In Ottone Magno.

Henricus Auceps senio iam confectus convocavit ad comitia Principes, ut sibi successorem dicerent, qua propter ipsis filium suum Ottonem commendavit, qui etiam electus admotus est Imperii Gubernaculis. Rem sic memoriæ produnt WITIKINDVS *Annal. Lib.* I. p. 641. *Cum Henricus se iam gravari morbo sensisset, convocato* OMNI POPVLO, *designavit filium suum, Oddonem, Regem, cæteris quoque filiis prædia cum thesauris distribuens.* Explicatius vero p. 642. ita pergit: *Defuncto patre patriæ & regum omnium maximo Henrico,* OMNIS POPVLVS *Francorum atque Saxonum iam olim designatum a Patre filium eius Oddonem elegit sibi in Principem Universalisque electionis notantes locum iusserunt esse ad Aquisgrani palatii.* Hæc magis

magis illustrant, quæ ibidem dicit: *Cum* (Aquisgranum) *ventum esset*, DVCES AC PRAEFECTORVM PRINCIPES, CVM CETERA PRINCIPVM MILITVMQVE MANV *κ. τ. λ.* sic vero DITMARVS *Annal. Lib.* II. p. 331. *Omnes Reipublicæ Principes magnum reginæ Mechtildis mærorem lenire cupientes, Ottonem filium eius, Patris sui decreto ac petitione uno ore in Regem sibi & Dominum elegerunt.* AVCTOR ANONYMVS VITAE MATHILDIS *Cap.* II. p. 196. *Henricus ad Erfordiam iter direxit, ibique cunctos Principes regni convenire præcepit, ut se invicem coadunarent, quem suorum filiorum regale solium possidere eligerent* & p. 197. *Post excessum inclyti Regis Henrici, ductores primi conveniebant, & de statu regni consilium habebant - - Sceptrum regiminis cessit Ottoni.* Sic quoque Otto M. *In Ludolpho.* curavit ut Principes sibi successorem eligerent Ludolphum, postea tamen ante Patrem mortuum. Scriptores ex inscitia rem minus apte narrant, qui ideo corrigendi, vel tamen explicandi sunt, ex medii ævi moribus usuque loquendi. Sic vero WITIKINDVS *Annal. Lib.* III. *Otto, facto* (ab ipso & statibus Imperii, ut patefiet ex loco mox dando) *testamento* (seu testatione aut actione publica præeunte electione) *creavit* (*Liudulfum* filium suum) *Regem post se.* Paullo vero aptius CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 947. p. 160. rem ita narrat: *Rex* - - (Liudulfum) *communi totius senatus* (seu concilii statuum Imperii, quod concilium perperam vocant senatum, quum status Imperii non sint consiliarii vel senatoreres Imperatoris atque Imperii sed Imperii Imperantes seu coimperantes cum Imperatore, quo lumine hic indiget doctrina Juris publici Romanizans) *eum regni consortem constituens, sibique succedere optans.*

§. XVI.

In Ottone II. Quum vero, uti iam diximus Ludolphus diem obiisset, Otto M. evocavit Imperii ſtatus, ut eligerent denuo ſucceſſorem, quorum quidem votis coimperium atque ſucceſſio delata fuit ipſius filio Ottoni II. Hinc REGINONIS CONTINVATOR *ad a.* 961. p. 80. *Rex* (Otto M.) *in Italiam ire diſponens*, inquit, *maximam* SVORVM FIDELIVM MVLTITVDINEM *Wormatiæ coadunavit, ubi conſenſu & unanimitate* REGNI PROCERVM TOTIVSQVE POPVLI, *filius eius Otto Rex eligitur. Indeque progrediens convenientia quoque Lotharienſium Aquis rex ordinatur.* RVOTGERVS *in vita Brunonis* §. XXXVI. p. 286. (Otto M. filium Ottonem II.) *electum ſummo conſenſu ab* OMNI POPVLO *Regem eſſe conſtituit, unxeruntque Ottonem æquivocum patris, Bruno - - & exultavit maxima gratulatione populus, dicens*: VIVAT REX IN AETERNVM! hinc etiam apud ALBERICVM p. II. *Chronici ad* a. 972. p. 19. *Coimperator Otto* II. ex illo tempore vocatur. Nihilominus, ex eius temporis moribus, iterum, Patre exceſſo ex vivis, omnis Populus dedit conſenſum in Ottonis electionem atque præſtitit ipſi atque Imperio homagium. Meretur hæc res ob lumen quod exinde ad noſtri temporis tenebras diſpellendas capere poſſumus ut WITIKINDAEA relatione conſtet, quippe qui *Lib.* III. *Annal.* p. 663. ſic habet: Licet *Otto iam olim inunctus eſſet in Regem*, - - (nihilominus) *ut initio certatim manus* (ei) *dabant* (imperii ſtatus) *fidem pollicentes, & operam ſuam contra omnes, adverſarios ſacramentis militaribus* (bey cavaliers parole) *confirmantes* (poſitis in gladios digitis) *Igitur ab integro ab* OMNI POPVLO *electus in principem* cetera. Cave autem exiſtimes ideo, quod hic filii patribus ſucceſſo-

cessores, Imperium tum hereditario iure devolutum esse in successores, nam est hæc doctrina ab omni dubio quam liberrima: *Quod tum Imperium vere electitium fuerit* idque ob ipsius OTTONIS M. confessionem in DIPLOMATE A. 937. concepto, quod quidem cum eadem hac observatione integrum dedit *Perill. Dom. a* LVDEWIG *in Sing. jur. Publ.* p. 93. sqq. infima cera. In eo vero Imperator his utitur verbis: *Si aliquis generationis nostræ in Franciæ & Saxoniæ potestativa manu succedat sedem - -. Si autem alter e populo eligatur Rex.* Ergo Germaniæ status potuere & alium eligere quam qui ex Regia stirpe esset. Germani vero & subsequutis temporibus liberum electionis ius strenue sibi & adseruerunt & conservarunt quod facili negotio contra HIPPOLYTHI A LAPIDE nugas conficitur ex exemplis quæ iam sequuntur.

§. XVII.

Otto autem II. id agebat, ut conscriptis Principibus *In Ottone III.* filium suum sibi successorem commendaret, quam quidem rogationem explevit Germaniæ Procerum concilium, quum nihil dubii impediret. Audiamus DITMARVM *Annalium Lib.* III. p. 347. *Imperator Veronæ placitum habuit* (tu hic observa, ergo nondum certum electionis locum fuisse) - - *& filius Imperatoris ab* OMNIBVS *in Dominum eligitur.* Hic quoque mihi ὡς ἐν παρόδῳ observandum est, illos valde ineptire, qui volunt, hunc Ottonem III. instituisse Electorum collegium, quum ex subsequentium temporum exemplis pateat omnem populum etiam postea per satis longum temporis spatium elegisse. (6) conf. SPENERI l. P. *Lib.* II. *Cap.* IV. §. V. c) p. 164. *sqq.* Nec Quatuorviratus huic originem debet, sed quorundam homi-

minum ingenio ad fingendum proclivi. Recte vero FREHERVS *in notis ad* PETRVM DE ANDLO p. 161. ait. *Quaternariam procerum & ordinum distributionem in oculis & ore vulgi frequenter adparere, idoneum tamen fundamentum nullum habere.* Vnde etiam has veterum maxime nænias iure meritoque singulari *Diss.* optime confutauit Excell. DITMARVS *de Quatuor viratu.* Otto ex filia Ottoni nepos, *ob consanguinitatem* (quum mallent Germani subsistere in regia domo, si habiles satis ad Imperium capessendum caperet; sed ideo regnum minime hereditarium. Cape simile exemplum Iohannis Pastoris filius Iohannides Patri successor eligitur quod habilis, ergo nolim dicere Pastoris munus hoc casu esse hereditarium) *ætatis virtutumque maturitatem* (caussas præcipuas electionis) ab Henrico tunc Duce eligebatur, sed recusauit hoc onus. Vid. DITMARVS *Annal. Lib. V. p. 370.* vnde Henricus sanctus electus deinde est agnitusve a Saxonibus Francis Thuringiacis Lotharingicis. Haud abs re fore puto si omnem rem ipsis scriptorum verbis enarro. TANCMARVS *In Vita S. Bervvardi Cap. XXXIV. p. 457. Willegistus, Archiepiscopus, & Beatus Bervvardus cum ceteris regni Principibus dominum Hinricum Moguntiam cum summo honore ducentes, - - regimen & regiam Potestatem, cum dominica hasta* (seu sceptro vid. B. HOFFMANNVS *de sceptro & Cel.* IOACHIMI amici nostri doctus liber singularis de S. R. I. *Archicamerario*) *illi tradiderunt. Conf.* AVCTOR VITAE MEINWERCI §. *XI. p. 521.* AVCTOR VITAE S. BVRCHARDI WORMATIENSIS & ex hoc MONACHVS KIRSGARTIENSIS *in Chron. Wormatiensi Cap. XI. p. 53. Tom. II. Reliq. med. ævi*, aureis vere ob sumtus impensos & vtilitatem maximam, Perillustris Domini a LVDEWIG. De homa-

In Ottone Franciæ Duce.

In Henrico Sancto.

homagio ipsi præstito, & reliquis ipsum agnoscendi ceremoniis vid. ADELBOLDVS *In Vita Henrici* s. §. VII. XI. XII. XIII. pp. 432. 433. 434. DITMARVS *Annal. Lib.* V. pp. 367. 368. 369. 370. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a.* 1002. p. 214. AVCTOR VITAE MEINWERCI §. XIV. p. 522. & reliqui.

(6) Dicam Tibi paucis verbis, qui peragi solebat electio in Germania. Principes conscripti cum suis nobilibus veniebant ad comitia. Peractis sacris Principes seu Duces seperatim rogabant Provinciæ cuiuslibet nobiles, & cum iis eligebant vel unum vel aliquot candidatos. Id quod dicitur *prætaxatio*, de qua infra. Nomen deinde proferebant Populo, quod si populus laudaret atque adplauderet verba electionis publice ab omnibus recitabantur &c. simile quid mihi reperire videor in Electione pastorum. Sed de his plura dicam in *dissertatione altera de electorum Origine.*

§. XIIX.

In Conrado Salico.

De electione Conradi II. testimonia uberrima WIPPONIS habemus, ex quibus actus electionis egregie noscitur. Sic vero WIPPO *in Vita Conradi* p. 424. *Inter Moguntiæ confinia & Wormatiæ, locus est amplitudine, planicie caussa maxime receptibilis, ex insularum recessu ad secretas res tractandas tutus & habilis - - Ibi dum convenissent cuncti primates, &, ut ita dicam vires & viscera regni, cis & citra Rhenum castra locabant. Qui dum Galliam a Germania dirimat, ex parte Germaniæ Saxones cum sibi adiacentibus Slavis, Franci orientales, Norici Alemanni convenere. De Gallia vero Franci, qui supra Rhenum habitant, Ribuarii Lotharingi coadunati sunt.* eadem p. 424. & 425. pergit: *Quum diu certaretur quis regnare deberet, - - inter multos electi pauci sunt, in quibus examen extremum summorum virorum summa diligentia*

diu

diu deliberatum, in unitatis puncto tandem quievit. - - In his duobus (Chunonibus maiore & minore regni Candidatis) DIV PENDEBAT RELIQVA NOBILITAS. *Ad extremum vero divina providentia contigit, ut ipsi* (candidati regni Cunones) *inter se convenirent* (nam quum uterque eodem numero vota Nobilium obtinuisset, uterque ius habebat ad Imperium, de quo quidem optimo iure transigebatur ab ipsis Candidatis.) *quodam pacto in tam dubia re satis convenienti, ut si quem illorum maior pars populi laudaret* (ergo olim non respexere ad pluralitatem votorum in eligendo rege) *alter eidem sine mora cederet* pergit vero p. 426. *Consedere Principes, populus frequentissimus adstabat- -Archiepiscopus Moguntinensis, cuius sententia ante alios accipienda fuit, rogatus a populo, quid sibi videretur, abundanti corde hilari voce laudavit & elegit maioris ætatis Chunonem suum in dominum & Regem, atque Rectorem & defensorem patriæ. Hanc sententiam cæteri Archiepiscopi & reliqui sacrorum ordinum viri indubitanter sequebantur. Iunior Chuno* (Dux Franciæ Orientalis) *paululum cum Lotharingis placitans, statim reversus maximo favore ad dominum & regem elegit* (Chunonem maiorem) *Tunc singuli de singulis regnis eadem verba electionis sæpissime repetebant. Fit clamor populi: Omnes maiorem Chunonem desiderabant, in illo persistebant.* ibidem WIPPO Chunonem electum verba ad fratrem facientem exhibet, inter alia etiam hæc: *se omnis populi consensu esse laudatum.* Merentur & reliqua WIPPONIS verba quæ sedulo legandur addo iam nomina scriptorum quibus etiam confirmatur Conradum ab omni populo esse electum. CHRONICON QVEDLINBVRGENSE *ad a.* 1024. p. 295. FVLBERTVS CARNOTENSIS *Epist.* LV. *Tom.* IV. *Script. Rer. Francic.*

FRAN-

FRANCISCI DVCHESNII p. 193. & BIBLIOTHECAE MAXIMAE PATRVM *Tom. XVIII. p. 10. n. XV.* ADEMARVS CABANNENSIS *Chronici p. 182. Tom. II.* LABBEANO. AVCTOR VITAE MEINWERCI §. *XCIII. p. 557.* IACOBVS MANLIVS *in Chron. Constantiensi in vita* HEYMONIS *Episcopi p. 663.* & reliqui.

§. XIX.

Progredior ad Henricum III. quem iam Cunradus Pater *regem fecerat* vt CHRONOGRAPHVS SAXO *ad a. 1026. p. 239.* loquitur h. e. id operam dederat vt eligeretur, eo etiam sensu Pilegrinus Coloniensis Archiepiscopus ipsum regem fecisse dicitur, LAMBERTO SCHAFFNABVRGENSI *ad a. 1026. p. 239.* idem patet quoque ex WIPPONE *p. 436. Anno Domini MXXVIII. - Imperator Chunradus filium suum Henricum - -* PRINCIPIBVS REGNI CVM TOTA MVLTITVDINE POPVLI, ID PROBANTIBVS, *Pelegrino Archiepiscopo Coloniensi in regalem apicem apud Aquisgrani palatium sublimari fecerat.* Scilicet unctus est Henricus a Pelegrino vid. HEPIDANVS *ad a. 1034.* Deinde patre mortuo etiam confirmatus est, sic enim ANNALES HILDESHEIMENSES *ad a. 1039. p. 730. Filius* (Conradi Salici) *Domnus Heinrichus - - ante scilicet in specialem regni monarchiam* (abutitur Auctor hic verbo monarchiae eo sensu, vt idem sit ac simplex principatus seu gubernaculum reipublicae) GENERALI CLERI POPVLIQVE PRAE - ELECTIONE (i. e. antecedente electione, prae-electione Vor-Wahl) *coronatus, nunc sine quavis contradictionis molestia summa Christianismi concordia solio patris est intronizatus.* Conf. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad a. 1054. p. 710.* Hic vero Imperator sequutus est maiores, atque etiam conuocauit Principes, vt filio suo successionem promitterent. Ingenue rem narrat LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad a. 1052. p. 709. Imperator natalem domini Polethae celebra-*

In Henrico III.

In Henrico IV.

lebra-

lebrauit, vbi filio suo Henrico adhuc caticumino Principes regni sub iuramento fidem promittere fecit. Henricus vero IV. filium natu maiorem Conradum vt eligerent, Imperii Principes compulit. Hinc BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad a. 1076. p. 346. Rex natiuitatem Domini Goslare celebrauit, ibique quosdam iurare compulit, vt filium eius post ipsum eligerent ad regnum.* Item LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. *a. eod. p. 792.* (a Principibus) *qui* (Goslariam) *venerant ius iurandum* (Rex Henricus IV.) *atque accepit, vt non alium post eum, quam filium eius tenerum adhuc infantulum Regem sibi eligerent.* Quid vero tanta sollertia in exigendis Sacramentis opus fuisset, nisi Principes ius electionis liberæ adhuc saluum habuissent?

§. XX.

In Henrico V. Sed ipse Pater auctor deinde fuit, vt idem filius iterum exueretur dignitate illa dareturque promissum Henrico V. AVCTOR VITAE HENRICI IV. prolixe rem *p. 386.* narrat hisce verbis: (Henricus Conradum) *Cum ab incepto reuocare non potest, - - filium exhæredare, & fratrem eius Henricum adhuc puerum in regnum promouere cogitabat. Igitur multis procerum conuentibus habitis, Imperator super filio suo Conrado conquestus est, quia additus hostibus regnum inuasisset, & quod patrem non solum regno, sed & vita priuare conaretur, iniuriam suam publicam esse debere, vel si nullum ea moueret saltem hoc reipublicæ caussa præstarent; vt per vim nemimem & scelus regnare paterentur, transferrent potius electionem in minorem filium suum, quam iure maior amisisset. Plerique contra nitebantur, magis vtentes ingenio quam iusto & vero. Multi autem publico bono fauentes, sententiæ votoque Imperatoris concordabant. Tandem omnibus in vnam sententiam coeuntibus - - Imperator minorem filium, inuasore prius ex decre-*

decreto curiæ diiudicato, hæredem regni ſui conſtituit. conf. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 228. Ceterum aliquod dubium adhuc removendum eſt, quod quidem nobis obſtare videtur, 1) PAVLVS BENRIEDENSIS *in Vita Gregorii* VII. §. 5. narrat: *Rudolphum renunciaſſe, quum eligeretur, omni iuri hereditario, ut poſt mortem ſuum eligerent, quem ætate & morum gravitate ad Imperii culmen dignum cenſerent.* 2) BRVNO (quem WAGENSEILIVS certe ſine iuſta cauſſa hic partium ſtudii accuſat) *in hiſtoria belli Saxonici* p. 135. auctor eſt: *conſenſu communi comprobatum, & Romani Pontificis auctoritate* (qua quidem neutiquum opus fuiſſet) *eſſe corroboratum, ut regia poteſtas nulli per hereditatem cederet ſed filius Regis, etiamſi valde dignus eſſet, per electionem ſpontaneam, quam per ſucceſſionis lineam Rex proveniret; ſi vero non eſſet dignus Regis filius vel ſi nollet eum populus, quem Regem facere vellet haberet in poteſtate populus.* Ergo, inquis, regnum fuit hereditarium? Non exinde fluit? Cape rem omnem. Ex exemplis quæ iam dedimus adparet, Reges proſpexiſſe filiis ſuis de ſucceſſione, convocantes Imperii Proceres ab iisque exigentes de filio olim eligendo iusiurandum. Sicque fere ſemper ſucceſſores ſperatos habebant, unde tandem noſtri Reges Romanorum. Sed ſic electio non omnimode libera fuit, potius coacta patris auctoritate, quandoque, ergo ſic iterum præcavere voluerunt, ut ne detrimentum caperet in poſterum liberum electionis ius, quod huc usque ſtrenue conſervarant.

§. XXI.

Lotharius ſecundus electus etiam eſt antiquo more nam ipſius electioni præter alios etiam nobiles adfuiſſe, *In Lothario II.*

isse, expressis verbis testantur scriptores. Sic vero AVCTOR NARRATIONIS DE ELECTIONE LOTHARII. II. p. 46. *congregatis - - Principibus - - Archiepiscopis Episcopis, Abbatibus, Præpositis, Clericis, Monachis,* (quippe qui ut nobiles, etiam ius eligendi habebant) *Ducibus, Marchionibus, Comitibus,* CETERISQVE NOBILIBVS, *quot & quantos nulla tempore nostro curia ceperat* &c. ultima verba explicanda sunt ex ORDERICO VITALI qui testatur *Hist. Eccles. Lib.* XII. p. 883. *plusquam* LX. *millia pugnatorum* (sive militum seu nobilium) *adfuisse.* Idem vero AVCTOR NARRATIONIS DE ELECTIONE LOTHARII aliquorum nobilium qui præsentes fuerunt mentionem facit, ut ideo res eo magis dubio omnino careat. *In Conrado III.* Extincto Lothario, Primates Germaniæ cogitarunt de eligendo novo Rege; & cum plerique omnes sibi timerent ab Henrici potentia, quidam consilium ceperunt de conventu ante electionem ipsam. Narrabo hanc rem verbis OTTONIS FRISINGENSIS *Lib.* VII. *Chron. Cap.* XXII. p. 151. & 152. *Defuncto Lothario conventus generalis Principum Moguntiæ in proximo Pentecoste indicitur. Quidam autem ex Principibus timentes, ne forte in generali curia Henricus Dux Noricorum, qui tunc præcipui & nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam prævaleret, - - consilio habito, in oppido Galliæ confluentia conventum celebrant, ibique Conradum - Regem* creant. conf. CHRONOGR. SAXO *ad a.* 1133. p. 294. sed elucet hinc non rite esse peractam Conradi III. electionem; unde etiam Saxones ipsi obedientiam negabant. *Saxones* (sc. nobiles) *& Dux Henricus, aliique, qui electioni,* (Conradi III.) *non interrant, Regem non legitime, sed per surreptionem electum calumniabantur* (immo recte ideo querelas movebant) *quibus omnibus -* sunt

ſunt verba OTTONIS FRISINGENSIS *Lib.* VII. *Chronici Cap.* XXII. & XXIII. p. 153. ubi deinde narrat Saxones tandem conſenſum dediſſe in Conradi electionem. conf. DODECHINVS *in appendice ad Marianum ad a.* 1138. 472. Fridericum I. omnium votis electum eſſe abunde loquuntur ſcriptores. vid. OTTO FRISINGENSIS *Lib.* II. *De geſtis Friderici.* I. *Cap.* I. p. 447. atque alii plures. conf. *Illuſtris* BVNAVII gentilis mei ex gente BVNIA **Leben Friedrich des I.** *In Friderico. I.*

§. XXII.

Henricum filium adhuc puerum iam ad ſucceſſorem in regnum deſignaverat pater Fridericus I. in quem ſucceſſorem etiam conpromiſerant Principes. vid. ANNALES BOSOVIENSES *ad a.* 1169. p. 1016. *Tom.* I. *Corporis Hiſtorici medii ævi Dom. ab* ECCARD. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 303. *Chronici.* CHRONOGRAPHVS REICHERSPERGENSIS *ad a. 1169.* AVCTARIVM AQVICINCTINVM *ad a.* 1169. p. 222. GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a.* 1169. p. 243. GVILIELM. BRITO *Lib.* IV. *Philippiados.* p. 275. & 276. Sed metus conſenſum Principum expreſſerat, quum alioquin iam diu adverſati eſſent, quod Imperatores vivi ſolerent ſibi ſucceſſores deſignare. Nihilo tamen minus tantum potentia auctoritasque Henrici VI. efficiebant ut proceres in filium eiusdem vix biennem iterum conſenſum darent. Ipſum vero vi adegiſſe Proceres ad conſentiendum clare dicit DELIBERATIO INNOCENTII III. SVPER FACTO IMPERII DE TRIBVS ELECTIS p. 697. conf. AVCTOR GESTORVM INNOCENTII. III. §. XIX. p. 5. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 305. nam id egerat Henricus VI. ut anteceſſores ipſius ut familiæ ſuæ hereditarium adquireret Imperium. Hinc inter alia etiam conceſſerat, ut militia devolueretur ſucceſſionis iure, ſimul- *In Henrico VI.*

que legem dixit, ut Imperium successionis iure propagaretur. vid. GERVASIVS TILBERIANSIS *decisione* II. *Otiorum Imperialium,* c. XIX. p. 943. & CHRONICON MAGNVM BELGICVM p. 205. sed haud omnes consensere in idem. Moguntinus atque Coloniensis Episcopi nec non Saxoniæ Principes, seu nobiles (7) strenue asserverunt libertatem pristinam Germanorum in eligendo, licet reliqui Principes coacti assurgerent rogationi Cæsaris AA. CC. & GOBELINVS PERSONA *ætate* VI. *Cosmadromii Cap.* LXI. p. 275. & qui antiquiores, OTTO DE S. BLAGIO *Cap.* XLV. p. 222. CHRONICON HALBERSTADENSE *in Vita Gardolphi Episcopi* p. 738. Tantum autem eo effecere, ut tandem Imperator videns, rem olim non ex voto cessuram, reliquos ab iureiurando, ob successionem hereditariam dato, liberaret; maxime notatu digna sunt verba GERVASII TILBERIENSIS, *decisione* II. *Otiorum Imperialium Cap.* XIX. p. 943. quæ ideo hic integra dabo: *Conventio cum Principibus Teutoniæ facta ab Henrico de successione Imperii per sanctissimum Papam innocentium* (8) *cassata - - tum quia, si filius parvulus aut minus discretus iure successionis Imperium vindicaret, pendente ætatis imperfectæ consilio, totius Imperii ruina immineret, tum quia ius Romanæ ecclesiæ circa confirmationem Imperatoris, ac consecrationem, aut reprobationem pateretur diminutionem. conf.* CONRADVS VRSPERGENSIS p. 305. CHRONICON HALBERSTADIENSE *in Vita Gardolphi Episcopi* p. 738. DELIBERATIO INNOCENSII III. c. I. p. 697. 698.

(7) Toties occurrit formula: *Saxoniæ Principes*, pro: *nobiles Saxoniæ*, in medii ævi scriptoribus, ut medii ævi ignari omnino essent huius nescii. Atque vel hoc sic probare possem: GVNTHERVS *in Ligurini Lib.* I. *versu* 199. *& seqq.* ita infit:

Sic postquam sede reduces, dubioque volutant

Pecto-

Pectore, cui tanti tribuantur honores
Saxones & quorum Ripuaria nomine tellus
WESTFALIAEQVE VRBES ET NORICA RVRA REGENTES.

quem ultimum versum de nobilibus intelligo, quum hi tum rexerint urbes, ruraque vid. Cel. GLAFEY *de iure praeced. fam.* §. XI. KNIPSCHILD *De Jure Civit. Imper.* KRESSIVS in doctissimo libro *de privilegiis agriculturae Cap.* II. atque alii. Licet scriptores alii eosdem eodem tempore dicant *Principes Saxoniae* ad d. quae superius §. XII. diximus ad quae hic etiam supplementi instar moneo, quod de Henrico superbo seu potius Magnanimo scriptores ferant: *ipsum terrae principes*, h. e. status provinciales, castigasse, & quod RVOTGERVS *in Vita Brunonis narret* p. 276. §. X. de temporibus Ottonis I. loquens, tum *Principes caedes atque rapinas exercuisse*, quod alii maxime de nobilibus narrant. Conf. *Opusculum meum de diffidationibus & rapinis Germaniae nobilium.*

(8) Habes hic exemplum quam militarit Papa pro libertate Germanica, licet illud non fecerit ex amore erga Germanos sed ob propriam utilitatem. Atque hinc iure dicere posses Papam Germaniae magis utilem quam nocuum fuisse, cum semper id egerint Praesules Romani ut Imperatorum tum ad illimitatam potestatem adspirantium spiritus reprimerent.

§. XXIII.

In Philippo Suevo.

Mortuo Henrico, Principes, olim electum Fridericum filium eius vid. §. XXII. iterum confirmarunt, ita, ut Philippus Suevus ipsi tutor esset. vid. MONACHVS EGMONDANVS *in Chron. Belg. ad a.* 1197. p. 365. ARNOLDVS LVBECENSIS *Lib.* V. c. III. p. 706. & 707. OTTO DE S. BLASIO *Cap.* XLVI. p. 222. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1198. p. 298. Philippus vero Suevus dissimulabat, se esse tutorem Friderici constitutum, & volebat alios inducere ut crederent Pro-

Proceres nolle eligere Fridericum a cuius partibus ſtaret. vid. LITERAE IPSIVS *ad* INNOCENTIVM III. *n.* CXXXVI. *regiſtri de negotio Imperii* p. 747. clam vero cum nobilibus quibusdam agebat, ut ſe Imperatorem eligerent vid. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 305. Tandem tantum tantis machinationibus efficiebat, ut ſtatus mitterent Fridericum vid. ARNOLDVS LVBECENSIS *Lib.* VI. *Cap.* I. p. 710. maxime quum Papa id ſtrenue operam dediſſet ut idem illud obtineret a Germanis vid. INNOCENTIVS III. *in deliberat. ſuper facto de tribus electis* n. XXIX. *regiſtri de negotio Imperii* p. 698. Hinc vero oriebatur ſchiſma in Germania, nam alii Philippum Suevum, alii Bernhardum Ducem Saxoniæ, alii Bertolfum Ducem Zaringiæ, alii Ottonem Imperatorem poſcebant vid. PHILIPPVS IPSE *l. c.* CAESARIVS HEISTERBACENSIS *Lib.* X. *mirac.* & *Hiſtor. Cap.* XXIII. Deinde eò res rediit, ut diem electioni plurimi dicerent narrat hoc GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a.* 1198. p. 263. verbis, quæ nos hic reſcriptione digna cenſemus: -- *Habito conſilio apud Andernacum cum Bernhardo Duce Saxoniæ & aliis Epiſcopis*, & COMITIBVS ET NOBILIBVS PLVRIMIS, *curiam omnibus Principibus in Colonia habendam præfigunt in dominica: oculi mei; evocantes eodem & Ducem Zaringon Bertolfum, quem ipſi etiam deliberaverant Regem creare.* Obtinuit inter hæc artibus ſuis Philippus ut in Regem eligeretur ID. ib. & p. 264. LITERA PRINCIPVM ALEMANNIAE *ad Innocentium* III. n. XIV. *regiſtri de negot. Imperii* p. 691. CHRONICON HALBERSTADENSE p. 140. CHRONICON MONTIS SERENI *ad a.* 1198. p. 66. OTTO DE S. BLASIO *Cap.* XLVI. p. 222. AVCTOR ANONYMVS HISTORIAE LANDGRAVIORVM THVRINGIAE *Cap.* XXXI. p. 921. & CONRADVS VRSPERGENSIS p. 306. & 307.

Qui

Qui quidem eo etiam pervenit, ut Bertholdus Zaringiæ Dux, ipsi, soluta certa pecuniæ summa, cederet. vid. CONRADVS VRSPERGENSIS l. c. PHILIPPVS IPSE l. c. GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a.* 1198. p. 264.

§. XXIV.

Sed ægre ferebant iure meritoque hanc electionem reliqui Germaniæ Proceres, qui huic quidem electioni non interfuerant, atque ideo elegerunt Ottonem Ducis Henrici filium vid. CHRONICON MONTIS SERENI *ad a.* 1198. p. 66. LITERAE PRINCIPVM OTTONI FAVENTIVM apud MEIBOMIVM *in Apologia pro Ottone* IV. p. 119. SCHATENIVM *P.* I. *Annal. Paderbornensium Lib.* IX. p. 917. RYMERVM *Tom.* I. *Actor. publ. Anglicanor.* p. 106. add. GODEFRIDVS COLONIENSIS *a.* 1198. p. 66. MARTINVS POLONVS *in Chronol. Impp. Rom.* IO. DE CECCANO *in Chronica fossæ novæ ad. a.* 1198. p. 478. CONRADVS DE FABARIA *De casib. monast. S. Galli. Cap.* VII. p. 75. 76. conf. FELLERI *Histor. Geneal. Dom. Guelf. in Ottone* IV. atque postea, post interitum Philippi suevi, Otto ab omnibus pro imperatore agnitus est. vid. ALBERTVS STADENSIS *a.* 1208. p. 299. 300. ROBERTVS ANTISSIODORENSIS *ad a.* 1208. p. 103. OTTO DE S. BLASIO *in Append. ad Frisingensem* p. 226. ARNOLDVS LVBECENSIS *Lib.* VII. *Cap.* XV. p. 739. & *Cap.* XVI. p. 739. & 740. CONRADVS DE FABARIA *Cap.* VIII. *De casib. monast.* S. *Galli* p. 77. CHRONICON HALBERSTADENSE p. 147. CONRADVS EPISCOPVS *in Chronico Rerum Moguntiacarum* p. 574. GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad a.* 1208. p. 278. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 312. GERVASIVS TILBERIENSIS *decisione* II. *Otiorum Imperial. Cap.* XIX. p. 943. OTTO *In Epistola ad Innocentium* III. n. CLX. *Registri de negot. Imperii* p. 734. FELLERVS l. c. atque alii plurimi. Ex quibus omnibus satis superque liquet, Ottonem, ut Philippus suevus, antiquo more esse electum. *In Ottone IV.*

F XXV.

§. XXV.

De Origine Electorum.

Non nescio quidem, esse quosdam, quibus videtur in hæc tempora incidisse originem electorum, idque statuunt maxime ideo, quia ad illa tempora mentio fit: *Principum, ad quos specialiter spectat electio* ut e. g. in *Deliberatione*, sæpius citata, INNOCENTII III. *super facto de tribus electis* n. XXIX. *Registri de negot. Imp.* p. 700. & *ibidem* RICHARDI ANGLIAE REGIS *Epistola* n. V. p. 688. aliisque sæpius formula occurrit. Sed 1) tum electio aut antiquo more, aut, ut hodie peragitur, facta est, prius verum est per loca, quæ iam adduximus; quibus accedit ARNOLDVS LVBECENSIS *Lib.* VI. *Cap.* I. p. 710. qui ait: *Interfuisse Ottonis electioni Palatinum de Rheno Henricum* CVM MVLTIS NOBILIBVS. Ergo posterius est falsum; & sic nec Electorum Origo hic invenitur, nec 2) obstat iam dicta formula, cum illa explicari debeat ex iis, quæ diximus superius *Scholio* (6) præcedebat enim prætaxatio vid. ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1240. p. 312. (de qua plura dicam in *Diss. altera de Origine Electorum*) quam sequebatur Electio ipsa. Deinde 3) accedit, quod mihi exempla ad manus sint, quibus probatum dare possum omnino usque ad interregnum antiquo more electionem esse peractam. Dabo Saltem exemplum GVILIELMI, de quo ita referunt GESTA TREVIRENSIVM ARCHIEPISCOPORVM p. 2236. & 2237. *Wilhelmus præsentibus ducibus*, COMITIBVS ET TERRAE NOBILIBVS PLVRIMIS *apud villam Wurunch in Romanorum Regem solenniter est electus.* conf B. L. B. *De* GVNDLING in dem Leben und Thaten Kayser Willhelms aus Holland. aliud exemplum habes in RICHARDO conf. CHRON. AVGVST. *ad a.* 1257. P. VRBANI. IV. *Epistola* ad RICHARDVM apud LEIBNITZ. *Cod. Dipl. Prodr.* num. XIV. §. 4. seqq. Nobiles vero, qui ibi præsentes fuisse dicuntur

tur non tantum ad pompam adfuisse, videtur, & licet nomen Electorum eodem tempore in aliis occurrat tamen me iudice ita, uti dixi, est explicandum. Sed post interregnum amiserunt nobiles ius eligendi Imperatores, de quo plura dicam *Diss.* II. conf. interea SPENERI *Ius Publ. Lib.* II. *Cap.* IV. §. V. f) p. 171. *sqq.* Denique 4) probabo in Diss. altera Principes Duces iam olim inde a multo tempore speciatim elegisse prævia prætaxatione cum reliquis, unde deinde post interregnum orti sint Electores nostri. (9)

(9) Oblitus fere essem dubium quod mihi aliquis ex Illustris MASCOVII *Iure Publico* movere potuisset, scribit enim VIR DE RE LITERARIA EGREGIE MERITVS *Iuris Publ. Lib.* III. *Cap.* III. §. 3. p. 115. ita: *Quod vero ad formam electionis adtinet, jus eligendi apud Francos, & deinde etiam in Germaniæ regno competiit omnibus ordinibus*, ITA TAMEN, VT ARCHIEPISCOPI, DVCES PROVINCIARVM, ET PRÆCIPVI AVLÆ OFFICIALES, QVI EX ILLORVM ORDINE ERANT, ATQVE EX ANTIQVO REGNI MORE IN REPVBLICA PLVRIMVM POTERANT, PRIMAS PARTES IN ELECTIONE HABERENT. Exempli caussa addit n. 2. *Vir Ill. Dux. Bernhardus in electione Henrici II. præ reliquis Saxoniæ principibus autoritate polluit.* Enimvero, quod pace tanti viri dixerim, exemplum hoc, quod probare debebat minime probat. Nisi quod Bernhardum magni fecerint reliqui & ideo ex placendi studio cum ipso consenserint. Neque ex reliquis exemplis prolatis n. 2. & 3. eius aliquid elucet nam quod ad 1) *singuli* illi *de singulis regnis* sunt Proceres Provinciarum die Land-Stände mit Ihrem Hertzoge. in 2) exemplo sub nomine *aliorum principum* intelligendi sunt nobiles vid. superius §. XII. item §. XXII. *Schol.*(7) & exemplo 3) electionis Philippi Suevi tantum patesit: *illi multos Proceres* Reichs und Land-Stände *adhæsisse.* Ergo probanda sic nondum probata sunt, scilicet: *Principes Imperii primas habuisse præ principibus provinciarum.* Id quod tamen facillime concederem, si hoc *Vir Ill.* ita intelligeret, ut non adversum esset dictis

meis *Schol.* (6) §. XVII. quam quoque eius mentem esse fere dixerim. Ceterum obiter hic monendus est Lector, etiam maximos Iuris P. Doctores de hoc nobilium Imperatores eligendi iure non dubitasse tantum, sed & illud plane negasse. Alii hoc ignorarunt plane, ita ut neque ullam eius mentionem facerent; ex sexcentis aliis hic nomino tantum B. HOFFMANNVM qui ita scribit in s. Grundsäßen des Staat-Rechts *Lib.* III. *Cap.* III. n. 61. p. 127. Daß bey der Wahl eine grosse Menge von Nobilibus und Ministerialibus zugegen gewesen, diese aber an der Wahl keinen Theil gehabt. Quam hoc falsum sit integra hac dissertatione abunde multum docui.

§. XXVI.

Clauditur Opusculum.

Iam, ut quidem puto, luce meridiana clarius est, nobilibus olim, ex antiqua Germaniæ observantia, competiisse ius eligendi Imperatores. Restat iam ut 1) dicatur, qui elegerint nobiles? seu ritus electionis historia. 2) qui amiserint nobiles ius eligendi Imperatores? Sed utrumque argumentum explicatum dabo in Diss. altera propediem D. V. edenda, *de Origine Elect.* ubi quoque ex medii ævi scriptoribus ritum paullo prolixius descriptum dabo, quum inde lumen accendatur Iuri publico Germaniæ nostræ. Iam etiam supersunt quæstiones hæ 3) num civitates ius eligendi habuerint? ad hanc iam respondere poteris ex *Scholio* (7) sed fusius illam tractabo in dicta dissertatione altera 4) qui civitates habere potuerint ius elegendi Imperatores? Dicam hic caussam breviter pertexendam ibidem. Concessere inter alios etiam nonus ex nobilibus in urbes, qui in iisdem obtinuere summos magistratus, unde nostri patricii. Hi habebant ius eligendi ut nobiles, a quibus ad omnem civitatem idem ius, ut ius belli, aliaque iura, translatum est. 5) num etiamnum civitatibus competat

eli-

eligendi ius? hanc ultimam quæſtionem negabo, additis cauſſis 6) unde Clerici etiam elegerint? ibidem etiam probabo, quod genuina huius rei cauſſa fuerit quod tam Præſules quam ipſi Monachi ex nobilitate fuerunt, unde etiam ius belli habuerunt ut ad KLVGKISTIVM iam diximus. Atque ſic hoc dabo maxime operam, ut his duabus vel forſan tribus Diſſertationibus (quarum tertia ſpeciatim hiſtoriam ritus electionis Principum antiquæ, mediæ & novæ Germaniæ exhibere poterit) omne electionis negotium explicem ex antiquæ mediæ & novæ Germaniæ probatiſſimis documentis. Si Deus vitam atque otium concedit, & per valetudinem, qua ſæpius adverſa utor, licebit, a me olim exſpectare poteris *Opuſculum: de iure ſtatuum Provincialium eligendi Principes territoriales* vom Recht der Land-Herrn Landes-Herrn zu wählen mererentur enim iura ſtatuum Provincialium in Germania fuſiorem explicationem quam quidem iis impendere ſolent. Sed, de quo iam B. LEIBNITZIVS & HIPPOLYTHVS A LAPIDE conqueſtus eſt, ſtudium iuris Romani nimium ICtos pleroſque omnes Patriæ rerum inſcios reddere, utique verum eſt. Non nego iura ſtatuum enucleare eſſe laborioſiſſimum periculique quam maxime plenum laborem; ſed nihilominus in veritatem inquirendum omni metu poſthabito, at tradenda veritas prudenter & caute! Fruere interim hoc labore, usque quo alia ſpecimina tibi documento eſſe poſſint, Lector! quam mihi veritas curæ cordique ſit. Noli tamen mihi ſuccenſere, quod quandoque divortium facio ab opinionibus vulgi quum pauciores tantum ita oculati ſint ut veritatem videant, me vero decet veritatem monſtrantes ultro ſequi.

ADPENDIX
OPVSCVLI PERILL. DOMIN. A LVDEWIG
HVC PERTINENTIS CVM ADDITAMENTIS
EDITORIS.

Unerkannte Wahrheit:
Daß der Teutsche Adel kein Lehenadel gewesen.

§. I.

Es ist bey den Teutschen Rechtsgelehrten; ein gemeiner; aber sehr irriger Wahn:

Daß der Ursprung der Lehen und Lehen-Rechte von den Teutschen herkomme; der Teutsche Adel auch allezeit Lehenbar gewesen sey.

§. II.

Es verführet dieselbe dahin: weil ietzo, im Teutschem Reich, alles von Lehen wimmelt und angefüllet. Weil, ausser dem Bauren und gemeinem Bürgerstand, nichts als Lehenleute und Lehenherren, darinnen anzutreffen.

§. III.

Alle Churfürsten, Grafen und Herren sind Lehenleute des Reiches. Und nicht minder alle Ertz- und Bischöffe; Prälaten; Aebte und Aebtißin. Und, in vorigen Zeiten, trugen auch die Könige in Burgundien; in Dännemarck; in Polen; und in Hungarn, wie noch jetzo in Böhmen ihre Königreiche, Lande und Leute, vom Teutschem Reich, zu lehen. Der Italiänischen Provintzen, des Papstes und aller Fürsten und Stätte; wie nicht minder der Könige in Sicilien; Neapel; Sardinien; Corsica; Dalmatien; Croatien; Bosnien; Servien; Schlavonien; Bulgarien und anderer angelegenen nicht zu gedencken. Solchemnach wohl das Teutsche Reich die allergrösseste und wichtigste Lehencammer in der Welt hatte.

§. IV.

Und noch auf die Reichsaffterlehen eine Absicht zu nehmen: so sind ja in Teutschland alle Provintzen, ausser dem einigen Holstein und Frießland, durch und durch mit Lehen angefüllet. Mit wel-

welcher Verbindung alle **Landesstände** und **Landsassen**, von **Prälaten**; **Grafen** und **Herren**, nebst dem gesamtem **Landadel**, beleget. Und, im Falle man nur alle **Lehenbare Edelleute**, durch das gesamte Teutsche Reich, zusammen zehlen wollte oder könnte; solche Anzahl wohl an die **dreyßig tausend** belehnte **Ritter** und **Rittergüter** ansteigen möchte. Dergleichen Menge wohl schwerlich in einem anderm **Reich** der Welt sich findet.

§. V.

Solchemnach möchte man wohl das **Teutsche Reich** ein **Lehenreich** nennen; weil in demselben nunmehro, ausser den armen **Baurengütern**, sich wenig **eigenthümliche** Plätze oder Allodialgüter finden.

§. VI.

Dahero auch das **Teutsche Lehenrecht**, zu **lehren** und zu **lernen**, am allernützlichsten und einträglichsten zu seyn pfleget. Dann **Fürsten** und **Herren** haben dieser Wissenschafft doppelt nöthig. Theils, weil sie selber **Lehenleute** des Reichs seyn; theils auch und vornehmlich, weil der **Kern** ihrer Unterthanen, ihre gesamte **Landstände**, von **Prälaten**; **Herren** und der **Ritterschafft**, ihnen mit **Lehenspflicht** unterworffen. Diese aber insgesamt sehr übel daran seyn; wann sie die **Lehensachen** nicht verstehen: sondern sich von ihren **Advocaten** und **Sachwaltern**, am Seil, führen lassen müssen. Dahero auch eben diesen letztern das **Hertz** mehr aufgehet; wenn ein **Edelmann**, eines **Lehensprocesses** halben, mit einer **Goldbörsche** gefahren kommet, als wenn hundert arme **Bauren**, mit Hüner und Gänsen unter dem Arm, auf den Flur ihrer lauren. Da dann nur zu wünschen wäre; daß der Adel allezeit dergleichen **Sachwalter** anträffe; der, in **Lehensachen**, eine rechte Einsicht besitzet.

§. VII.

Diesem sey aber jetzo, wie ihm wolle: so ist es doch ein sehr schädlicher Fehler in der Rechtsgelahrheit: das niemand wissen will;

Teutschland sey, vor deme, ein völliges Allodialreich gewesen.

Ich will dieses sagen; daß der gesamte **Teutsche** Adel seine **Landgüter** und **Höfe**, als **Allodial-** und **eigenthümliche Stücke**, besessen:

sen: das Lehenjoch aber sich, erst nach der Hand, selbsten über den Hals geworffen und damit einen grossen Theil der Teutschen Freyheit eingebüsset habe.

§. VIII.

Und zwar anfangs ist Teutschland kein Reich, welches durch fremde Heeres-Krafft bezwungen und, von dem Uberwinder unter die Soldaten Lehenweise ausgetheilet; die alte einheimische Geschlechter aber entweder ausgetilgt oder unterdrucket worden. Dann auf diese Weise haben die Heruler und Gothen mit Italien; sodann nachhero die Longobarder mit der jetzo so genannten Lombardie verfahren. Dahero von der siegenden Armee ihre Generals feuda capitaneatus; von diesen wiederum die Stabs- und Ober-Officier Afterlehen ualuasforum maiorum; sodann die Unter-Officier minorum und die gemeine ualuasinorum feuda oder subfeuda, nach der Reyhe und dem Rang ihrer Aemter, erhalten. Welche auch noch jetzo, in unserm gemeinen Lehenrecht, solche Nahmen führen. In Franckreich haben die Normänner das Land gleichfals unter ihre Soldaten Lehenweise ausgetheilet. Und, als diese nach Engelland übersetzet, haben eben dieselbe den grösten Theil Landes den alten Einwohnern nicht allein weggenommen und unter ihre Spießgesellen, Lehenweise, ausgetheilet: sonder auch jene gezwungen, damit sie nicht besser, als diese letztere, seyn möchten, das Lehenjoch gleichfalls anzulegen. Wovon die Normannische und Englische Geschichtschreiber reden; die aber unsern meisten Rechtsgelehrten verschlossen. Daraus sie aber lehren und lernen solten; wie unglückseelig diese Lehenländer und Lehenvölcker gewesen und, wie hoch es der Teutsche Adel zu halten; daß ihm dergleichen Uberfall und Drangsal niemahls begegnet.

§. IX.

Dann gehen wir auf den ersten Ursprung des Teutschen Adels zurücke: so können und müssen uns IVL. CAESAR und TACITVS berichten: daß, als die Römer, noch vor Christi Geburt, den Teutschen Adel befraget; wie er in das Land kommen; derselbe ihnen geantwortet: Sie wüßten und hätten nicht anders von ihren Vorfahren gehöret, als daß sie von GOTT in demselben erschaffen worden.

Obbe-

Obbesagte Römische Scribenten gestehen auch frey heraus: daß sie selbsten keinen andern Ursprung des Volckes, welches von den andern, besonders den benachbarten Völckern, gantz unterschieden, finden oder vermuthen können. Ob nun wohl, von der Schöpfung, wir einen andern Unterricht haben: so bleibet der Schluß doch dieser; daß der Teutsche Adel von keinem anderm fremdem Volck bezwungen und unter das Lehenjoch gebracht worden.

§. X.

Nachgehends war auch, unter diesem Teutschen Adel, kein Oberherr anzutreffen; sondern jeder war, auf seinem eigentlichem und altväterlichem allodio oder Stammgut, dem andern gleich, mithin jeder sein Herr für sich gewesen. Dann so saget CAESAR: sie erwehlten wohl jährlich obrigkeitliche Amts-Personen und Richter, die auch mit jedem Jahr wieder abgiengen aber diese masseten sich über die Edelleute keiner Herrschafft an. Wann auch jemand mißhandelte: wurde er von dem Priester gestraffet und geschlagen; aber unter keinem andern Vorwand, als weil es GOtt also geheissen: keinesweges aber einiger Bottmäßigkeit halben; als welche kein Teutscher Edelmann vertragen könnte. Und ob sie gleich, so bald der Krieg angienge, einen Feldherren wähleten; so hätte doch auch dieser mehr Ansehen zu rathen; als Macht zu befehlen. Und so bald der Krieg geendiget; so bald müßte er den Commandostab wieder aus den Händen niederlegen; sich auf sein Landgut begeben und andern Edelleuten wieder gleich werden.

§. XI.

Ohngeachtet sich nun der Zustand deswegen nachhero ändern und der Teutsche Adel sich Hertzoge wählen müssen; weil es beschwehrlich und mißlich ist, ohne ein Oberhaupt, die geringste Ordnung zu halten: so hat gleichwohl der Adel das Ruder mit in den Händen behalten. Die Hertzoge dürfften, für sich selbsten nichtes, von Wichtigkeit, vornehmen; die Landstände blieben ihnen zur Seiten; die Landtäge wurden jährlich öffters und zu dem Ende gehalten; damit der gemeinschafftliche Adel, in allem die Oberhand

behielte. Man findet auch schwerlich ein Exempel; daß sich ein **Hertzog** demjenigen einmahl wiedertzen sollen, was der **gemeine Adel** abgeschlossen.

§. XII.

Zwar ist es nicht ohne: daß endlich die **Francken** mit allen **Provintzen** in **Teutschland** fertig worden; auch öffters die **Hertzoge** den **Fränckischen Königen** den **Lehneid** abgeleget. Nur gleichwol waren ja die **Francken** in **Gallien** selbsten **Teutsche** und, einige trübe Gänge ausgenommen, so war und geschahe es also billig; daß sie des **Adels** als ihrer **Teutschen Brüderschaft**, schoneten. Und es ist auch dieser Ubergang um so viel erträglicher gewesen: weil der **Teutsche Adel**, unter dem LUDOVICO GERMANICO, so fort seinen eigenen **König** bekommen; der durch alle Teutsche Provintzen den Adel, bey seinem altem Wesen und Freyheit, gelassen, und kein Gemenge unter demselben angefangen. Als bey welcher Weise es auch nachhero seine Söhne und Nachkommen bewenden lassen.

§. XIII.

Dem sey aber, wie ihm wolle, wäre auch dem **Teutschem Adel**, unter der Fränckischen Regierung von seiner **Freyheit**, etwas abgegangen: so hub doch derselbe, nach dem Ausgang des **Fränckischen Hauses** und **Geschlechtes**, sein **Haut** sogleich vollkommen wiederum auf die **Höhe**.

§. XIV.

Dann der **Landadel** war es; der, in dem Land, seinen **Hertzog** selbsten wieder erwählet und, bey der Wahl, dessen Macht dergestalt eingeschrencket; daß die **Landtäge** auf den ersten Fuß wieder gesetzet; die **Landstände** ihr voriges **Ansehen** wieder bekommen und sofort an die **tausend Jahre**, in unverrückten Rechten, behalten haben.

§. XV.

Und nochmehr; der **Landadel** hielte nicht allein **innerhalb** Landes, seine **Macht** in vollem Gebrauch: sondern es erstreckte sich dieselbe auch so gar **auswerts**, auf alle Sachen von **Wichtigkeit**, des gesamten **Reiches**.

§. XVI.

§. XVI.

Der **Landadel** kame auf alle **Reichstage** mit seinem **Landesherren** augezogen. Der Aufzug war nicht zu **Staat**; sondern nach **Recht** und **alter Freyheit**, über allen **Rathschlägen** auch die **adeliche Stimmen** hören zu lassen, und dadurch den **Abschluß** entweder zu bewircken oder auch zu hintertreiben.

§. XVII.

Es kan ja niemand unbekannt seyn: daß selbsten die **Käyserwahl** mit bey dem **Teutschem Adel** beruhet. WIPPO zehlet, auf dem **Wahltag** des Käysers CUNRADI II. zwantzig tausend Stimmen. Wo ist auch sonsten ein eintziger **Reichstag** gehalten oder **Reichsabschied** gemachet worden; in welchem nicht des **Adels** seiner Einwilligung, Beytritt und Unterschrifft mit Erwehnung geschiehet?

§. XVIII.

Und dieses alles nach der alten Freyheit des **Teutschen Adels**. Dann, ausser diesem, hiese niemand, die Regenten ausgenommen, frey; als der **Adel**. **Bürger** hatte man nicht; weil keine **Städte** waren. Und die **Bauerleute** waren **leibeigene** Knechte, von beyden Geschlechten. Die sich gefallen lassen musten; was der Adel verwilliget und abgeschlossen. Die **Edelleute**, welche also mit **Adelichen Gütern** angesessen, wurden **Landherrn**; **Landstände** oder **Landsassen** genennet. Welches Wort keinesweges verkleinerlich; sondern dafür zu halten; daß dadurch der **eigenthümliche** Besitz und die **Mitherrschafft** im Lande angezeiget und im Gedächtniß erhalten worden.

§. XIX.

Selbsten das Wort allodium wurde vor ein **Adeliches Eigenthum**, **Stamm- und Erbgut** gehalten; ohne mit den ministerialibus oder dem **Lehnbaren** Adel eine Gemeinschafft zu halten. Ja es ist aus untrüglichen Urkunden gewiß: daß, wer sich mit einem **Lehengut** in Dienste nehmen und **dingen** lassen; derselbe an der **adelichen Würde** Schiffbruch gelitten.

§. XX.

Nur alles dieses ist jetzo verändert:

Die Allodialgüter sind zu Lehen- und Rittergütern und der samte Teutsche Adel zum Lehenadel worden.

Freye Allodialgüter sind deßwegen nunmehr mißlich; weil, zur allgemeinen Leidenschafft, jederman das seinige; der belehnte Edelmann an Roßdiensten; Bürger und Bauren aber an Accise und Steuren, beytragen sollen. Da nun das Teutsche Reich ehedem, besagter massen, von Lehenbahren Gütern wenig oder nichts gewust; vielmehr alle adeliche Sitze und Höfe allodial, frey, erb und eigen gewesen: so möchte man fragen und lernen; wann, wie nnd woher dann der Lehenadel in Teutschland seinen Anfang genommen und die adeliche Stammgüter sich in Lehengüter verwandelt haben.

§. XXI.

Einige vornehme Rechtsgelehrte mercken es wohl und sprechen dannenhero: die Teutsche Lehen wären aufgetragen, das ist, von den Besitzern der erb und eingenthümlichen Güter ins Lehen freywillig versetzet worden. Sie führen auch zehenerley, aus untrüglichen Urkunden erweisliche, Ursachen an; warum dieser oder jener adelicher Eigenthümer solche Verkehrung vorgenommen: allein andere Rechtsgelehrte, die nichts als ihr Gehirn und das corpus iuris, zum Dienst und Grund haben; in Reichssachen aber, als unerzogene Kinder, anzusehen, läugnen solches und fahren, mit dem Longobardischen Lehenrecht, wie die wilde Thiere mit dem Rüssel durch die Furchen, mit grossem Unverstand, Frevel und entsetzlichen Schaden der Teutschen Freyheit. Weil ja in der Lombardie, an statt dieser aufgetragen Stammgüter, sich nichtes, als ursprünglich belehntes und beliehenes Gut findet: welches der Eigenthümer so offt wieder an sich nimmet, als ihn sein Lehenmann, mit verkehrtem Gesicht, etwa ansiehet.

§. XXII.

Es wäre demnach gut, wenn die Rechtsgelehrten, welche die Longobardische Lehenrechte lehren oder lernen wollen, auch einen Titel: de iuris Longobardici, sich vorhero vortragen liessen; so

so würden sie finden; daß die **Lombardie** ein **Lehenbares Soldatenreich** wäre wo die **Hertzoge, Marggrafen**, principi; rectores; capitanei u. s. w. für nichtes, als für **Lehen** gedungene **Officianten** anzusehen; die ausser demjenigen, was ihnen im Lande verliehen, auf **Rechnungen** gesessen, die sie, als **belehnte Verwalter**, dem **Käyser** und **Reich** ablegen müssen. Wie dann auch, dieser Ursache halben, die **Teutsche Käyser** aus **Italien** jährlich, der Beleihungen ohnerachtet, **Millionen** gezogen. So dann auch die guten und verschwenderische Käyser, RVDOLFVS I, CAROLVS IV, WENCESLAVS, SIGISMVNDVS und folgende bekannt: die den obbesagten **Fürstlichen belehnten Staathältern** erst nach und nach, **Regalien** und hoheitliche iura, die 2F56. nachdrücklich dem Käyser und Reich in Italien ausgesetzet, verkauffet und, aus belehnten Amtsbedienten, **eigenthümliche Lehenfürsten** gemachet haben. Welches letztere, besonders unter den **Luxenburgischen** oder **Böhmischen Käysern** gantz neuerlich und, wegen ermangelnder Einwilligung vom Reich, wiederrechtlich geschehen. Aus welchem Grund auch wir den jetzigen **Italiänischen Reichsfürsten** ihre adolescentiam principatuum zu Gemüthe geführet; um dieselbe, bey jetzigen ihrem **hochtrabenden Vornehmen**, zur Erkenntniß ihres neuerlichen Herkommens; folglich auch dahin zu führen: daß sich dieselbe so wenig, als die **Italiänische Edelleute**, mit dem altem **Teutschem Fürsten** und **Adelstand**, in einigen Vergleich setzen mögen. Dann diese **letztere** haben ihr **Eigenthum** dem **Lehensherrn** aufgetragen; sie aber hingegen sind des Lehenherrns oder **Teutschen Käysers** seine **Lehnbare Koßtgänger** von Anfang gewesen, die ihm hernach das **Eigenthum abgebettelt**, abgehandelt auch wohl gar abgetrungen haben.

§. XXIII.

Aber wieder und vor ietzo nur auf den **Allodial-Geschlechts-** und **Stamms-Adel** zu kommen; so wäre es der Mühe wohl werth: wann man in allen **Teutschen Provintzen** die Nachricht hätte, **wann und mit was Gelegenheit der Allodialadel** sich Lehenbar gemachet? Ich erinnere mich 1697. von dem altem **Lothringi-**

schen Gesandten, CANON gehöret zu haben: daß, als der Hertzog CAROLUS IV in dem Pirenäischen Frieden 1659. aus seiner Gefangenschafft in Spanien, durch Vortrag des Frantzösischen Ge- Gesandten, MAZARINI befreyet worden; er, aus Unmuth und übereilter Rache, dem Könige in Franckreich, sein souveraines Hertzogthum Lothringen zu einem ordentlichen Lehen auftragen wollen. Welches auch seine Richtigkeit gehabt hätte; wann ihme sein treuer Rath und Bedienter, CANON, als ihn der Hertzog über dem Vornehmen befraget, nicht mit dieser offenhertzigen und Rechtsgegründeten Antwort begegnet: Wollen Ew. Hoheit des Königes Kostgänger werden? Weil ja ein Lehensherr den Vasallen nicht anders, als seinen Säugling und dem er Futter und Mahl gebe, annimmet. Darüber aber der Hertzog sich dergestalt entsetzet; daß er aus Paris die Flucht genommen. Und weil der König keinen Schertz verstehen wollen; als sich obiger übereilter Auftragung der Lehen unterworffen (*). Welche Geschichte so viel zeiget; wie öffters gantz unglaubliche und besondere geheime Umstände, die Besitzer der Güter, von erb und eigen, bewogen, solche in die Gestalt der Lehen zu verkehren.

§. XXIV.

Der Rechtsgelehrte HERTIUS gehet zwar in seiner Schrifft, von aufgetragenen Lehen, (**) die Ursachen, mit belegen, durch. Nur es fehlet vornehmlich daran, daß nicht auch alle einzele Teutsche Provintzen dergestalt durchgangen werden: damit man solches von dem gesamten, ehemahls erblichen Landadel, überhaupt wisse: Wann, wo und mit was vor Gelegenheit, sie ihr erb und eigenes zu Lehen gemachet oder machen lassen (***). Daraus dann der sichere Schluß um so vielmehr erhellen würde: daß der gesamte Teut-

(*) Wovon in denen *singularibus iuris publici*, aus dem Munde des Lothringischen *Premier*-Ministers Erwehnung geschehen ist.

(**) De *feudis oblatis*. Dann die gemeine Rechte wissen davon gar nichts.

(***) In den meisten dencke ich es noch heraus zu bringen. Dann in Bäyren bin ich auf guter Hoffnung; weil der Bäyrische Landadel hierunter dem Hertzog gegen einem andern guten Dienst zu gefallen gewesen.

Teutsche Adel ehmahls seine Landgüter erb und eigen besessen: die Lehenbarkeit aber nachhero, meistens mit der Edelleute gutem ob gleich übel gerathenem Willen, eingeführet worden sey.

§. XXV.

